

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Ms. 35.

9

Consultatio Academica
DE
PRÆSIDIIS ET
PALLADIIS DEBITO-
RUM INFELICIUM.

CVIVS PORTIONEM PRIMAM

I. N. D. N. J. C.

PRÆSIDE

DN. JOH. OTTONE TABORE
JCTO CELEBERRIMO, ANTECESSO-
RE IN ACADEMIA ARGENT. FLORENTISSI-
MA CODICIS ET FEUDALIVM PLACITORUM PROFESSORE
MERITISSIMO, JURIDICÆ FACULTATIS SENIORE
EIVSDEMQUE H. E. DECANO SPECTABILI

DOMINO PRÆCEPTORE PATRONO
AC FAVTORE SVO MAXIMO

publicæ disquisitioni submittit

DANIEL Braun Mœno-Francofurtensis,

IN AUDITORIO NOVO

3. D. XXVI, M. ^{octo} SEPTEMBRIS MDC L. 4.
horis solitis.



ARGENTORATI,

Typis Heredum JOHANNIS ANDREÆ.

VIRIS MAGNIFICIS NO-
BILISSIMIS AMPLISSIMIS

ILLVSTRIS REIP. FRANCOFVRTEN-
SIS AD MOENUM

DNNN. PRAETORI

DN. HIERONYMO STAUBBERGEM
CONSVLI SENIORI

DN. ERASMO SEIFFARTO JCTO.
CONSVLI JUNIORI

DN. HIERONYMO PETROBON GRE-
ZEN.

DNNN. SCABINIS
SYNDICIS
SENATORIBUS

PATRIBVS PATRIÆ EMINENTISSIMIS
DOMINIS MECOENATIBVS PATRONIS
OPTIMIS MAXIMIS

EXERCITIUM ACADEMICUM
SUUMQUE OBSEQUIUM

DEDICAT OFFERT

DANIEL Braun/RESPONDENS.



I.

Eximio Dn. RESPONDENTI
S. PP.

BRUNE, decus patriæ, melioris portio cœtus,
Justitiæ cultor sedule, clare, sagax,
Dum prodis specimen doctrinæ nobile partæ,
Eximia specimen speq; fideq; replens,
Acclamo merito grassanti ad summa Salutem!
Dicoq; *Seiffarto*, FILIUS ECCE TUUS!

Scrib. optima ominatus

Joh. Georg. Dorscheus D.

II.

Præcellenti Dn. RESPONDENTI,
Amico honorando.

BRAVNI, Philosopha potens in arte,
BRAVNI, Iuridica potens in arte,
Doctrinâ graviore, literisq;
Sacram qui Themidem colis polisq;
Adfers auxilium, Alterumq; Tantum
Monstras, nobile Debitori asylum:
Sis presso quoque Creditori asylum,
Oro, Philosopha potens in arte
BRAVNI, iuridica & potens in arte

Amoris E.

apposuit

Jacobus Schaller, SS. Theol. D.
& Phil. Pract. Prof.

III.

Nondum tota novæ tibi munera noscere Pacis
TEUTO, datum est, necdum in solido tua jura locata,
Est

Est quod parte sui tua truncet gaudia. Nempe
Turpis avaritia est, & habendi insana libido,
Immodiciq; malum census, quod sævius armis
Incubat, & nostro cedentem ulciscitur orbe
Gradivum. Hoc miseros lento depascitur igne
Quos subita ad nihilum Bellonæ flamma redegit,
Dum formidatas queritur reus ire Calendas,
Et nexus diros, ergastula, vincla, graviq;
Sub sectore timet fortunis exui avitis.
Sed bene: fit medicina malo, quam Nobilis almæ
Justitiæ cauta bene temperat arte Sacerdos,
Non uno censens discinctos jure Nepotes
Et quos consumsit duri vis Martia secli.
Hujus ut auspicio & ductu succurrere fessis
Festinas, ita Te lætatur vindice, & offert
Patria quam debet, servato cive, coronam.

*Amicitia, & obsequiosi affectus
testandis*

Joh. Christoph. Rauscherus
Viennens.

IV.

BRAVNI, spes Patriæ, politiore
Splendens Ingenio: videntur olim
Risura æthereis futura secla
Fastis, & reditura priscum in aurum,
Queis sincera fides vigebat, omnis
Prorsus nescia fraudis atque litis;
Sic cedent quoque jura Curiarum?
Vanum: ferrea membra Marte diro
In quæ duruit orbis, unde flecti
Nî per jura queant, rigore legum?
Te rursus, Themidos diserta proles,
Clathros scandere cerno, deq; rebus
Magno Iuridicis movere bella
Æstu: perge, triumphus insequetur,
Te digno excipient foci paterni
Cultu. Suscipe Carminis vel umbram.

Gratulab. scripsit

Joh. Ludovicus Wibel Francofurtanus
Med. Stud.

F I N I S.



De

PRAESIDIIS ET PALLADIIS DE-
BITORVM EGENTIVM : ET INPRI-
MIS DE EXCEPTIONE ALTE-
RIUS TANTI.

PRÆFATIO.



Uemadmodum gementibus

sub æris alieni onere debitoribus, per vim
majorem, bellicarum afflictionum, ad ege-
tam redactis, succurri possit, Plures hactenus,
è præstantissimis Jctis, in medium consulue-
re: E quibus alii, clientibus suis suggerunt Præsidium

(I.) Privilegium seu remedium, quod vocant, (Doctores puta, alle-
gati magno numero Hilligero lib. 27. D. E. cap. 9. lit. a. & ex W. Anto-
nio mox citandi: ne quis inficetum hoc nomen nobis aridere arbitre-
tur. v. Dn. D. Lauterbach. amicum nostrum, disput. de jure compet. p.
7. quod aq; rei congruit, atq; vox congrui juri protimeseos: sic dicto,
quod certis personis præcipue competat & congruat.) Competentia; si-
ve exceptionem, ne exigantur ultra quam facere possint, arg. §.
item si de dote 39. Inst. de Action. L. in condemnatione 173. de Reg. Jur.
Licet enim præsidium hoc in jure Justiniano certis tantum
personis indultum sit: vid. L. 16. & seqq. de re judic. Donell. 27. cap. 9.
C. A. de re judic. th. 34. Zanger. part. 2. de Except. c. 13. Ioh. Monach.
part. 18. de Execut. Sentent. c. 4. n. 13. p. 446. Benignitas tamen
interpretum idem postea omnibus bello, aliisvè funestis calami-
tatibus & casibus exinanitis atque depauperatis debitoribus
accommodavit. v. Ioh. Fabr. ad §. compensationes 41. I. de Act. n. 10;
vers. ex generalitate huius literæ posset dici: quod si quis spoliatus sit
bonis propter guerram vel aliud infortunium, quod non debeat con-

A

veniri

2 PRÆFATIO DE PRÆSIDIIS

veniri in solidum : quod est valdè pium & equum. Adeundi etiam sunt Platea, Iason & alij ad d. text. Quibus non obloquuntur ij, qui §. sunt præterea 38. cum seqq. I. de action. tantum exemplificative accipiunt, ut Angelus, Madaus, Harprechtus, Vinnius : alij. quia nempe vel major sit ratio in debitoribus ejusmodi, per calamitates publicas facultatibus privatis, sublevandis, quam in his, quibus alio quodam infortunio aut casu bona sua attrita sunt. (Nec enim negligentia aut culpa hinc facile succurritur Nov. 135. in fin. proem. Harppr. ad §. 40. I. de act. n. 25. adhib. C. A. de bon. cess. th. 6.) Ea imprimis assignata differentiâ, quod qui bonis cedunt, illud agant quadantenus voluntariò & animo deliberato: Isti autem bonorum jaçturam patiantur inviti & ex inevitabili necessitate. Post Hippolytum, Stracham, Brunnum, Mynfingerum & alios à se citatos Casp. Manzius in patrocinio suo decad. 2. quæst. I. n. 124. & latius decad. 3. q. 2. n. 46. Hinc beneficium istud communi nomine appellant, beneficium miserationis: allegati belluoni librorum W. Antonij de rescript. morat. tit. II. conclus. 69. n. 53. & seqq. & c. 63. lit. 5. 4. Adduci eodem quoq; argumentandi genere poterat l. in insulam 3. de sent. pass. & restit. ubi dicitur restitutum beneficio principis civitati & dignitati (non etiam bonis) non teneri creditoribus ex eo, quod gessit vel contraxit ante damnationem, quia deportatione (quæ species est capitis diminutionis) desierit esse debitor, & actiones translate sint in fiscum ad quem bona pervenerunt l. si debitori 47. de fide juss. Cuiac. lib. 16. Respons. Papin. ad d. l. 3. Si enim hoc potest beneficium principis, ut qui bona ob delictum antea amisit, non teneatur deinceps, novo sibi beneficio restitutus : Quidni juvemus eum (dicat quis) qui per calamitates bellicas ad incitas redactus Pacis beneficio sibi suisq; restitutus est. Facit Novell. Theodos. 22. De pecunia Afris credita, & de fideiussoribus eorum. Fortius argumentum duci poterat ex generalitate rationis, in §. ult. 1. de Act. ubi dicitur, inhumanum esse, ut spoliatus fortunis suis in solidum damnentur. Conferatur Cuiac. lib. 9. Quæst. Papin. in l. 4. §. soli a. 3. Quod cum eo. p. 220. B. Qui licet in initio graviter obloqui videatur, cum scribit: hoc nunquam auditum esse, ut propter inopiam (nulla alia causa LL. expressa adnitente) condemnemus debitorem in id quod facere potest : Nam eius ratione (vel ob eam solum causam) quod non facere potest, coercemus eum, inquit, carcere, quoad solvat aut satisfaciat.

faciat. Subjicit tamen paulò post : *At parcere nos novo Patrif. æquum est, ut novo nupto interdum, in oneribus civilibus parcimus.* Ex quo Edicto etiam alia ratiocinatio pro communi sententia institui potest : Si enim, iuxta doctrinam Cuiacy, idè indulgetur in eo Edicto filio, ne novus paterfam : redigatur ad inopiam; sed ut is, qui nuper factus est novus paterfam : quique nondum idoneas facultates sibi acquisivit, refocilletur : cur non etiam caveamus hominibus per belli calamitates ita exhaustis, ut de novo planè rem auspicari cogantur, *Müssen die Haushaltung gar von newem anfangen / allerdings / als wann sie von rawer wurzel zusammen kämen.* Facit c. Odoardus 3. de Solut. Ubi Excommunicatus propter debita, si inops sit, absolvitur : data saltem cautione, de solvendo cum potest. Imò Excommunicationis stipulatio (olim usitata) aut pœna, postea planè fuit inhibita. per cap. 7. Extravag. comm. de Sent. Excommun.

2. Sed quia Dd. illi in hâc parte multos habent contraditores, qui privilegium competentia non patiuntur ultrà casus à L. expressos extendi, ut *Zaf. & Schneidem. ad §. Sed etsi quis I. de action. quod & fatetur ipse Manzius decad. 3. q. 1. n. 103. & seqq. & novissimè tractat, hanc thesin nostram citans, Dn. Lauterbach. de benef. compet. pag. 43. th. 35. G. Acacius Enekel lib. 2. de privileg. milit. c. 19.* Et quia isthæc exceptio obligationem non tollit; sed executionem tantum differt : *Gratian. discept. forens. tom. 3. c. 56. n. 22. & c. 799. n. 52. Hartm. Hartm. lib. 2. tit. 18. obs 2. n. 8.* Ad ducta autem in subsidium l. 3. de sent. pass. duplicem diversitatem continet; siquidem nostri debitores nec totalem jacturam bonorum passi, nec à principe in integrum restituti supponuntur (præterea in deportatis non faciunt jacturam creditores; sed actiones à deportatis in eum transferuntur, ad quem bona transferunt, veluti fiscum l. 2. pr. ibi: *dabitur plane actio in eos l. tutelæ 7. §. ult. de cap. minutis*) Idè inquam alii, omisso hoc remedio, clientes suos (2.) ad consimile præsidium remittunt, quod illo etiam amplius est & multò plures admittit ac solatur. *Manz. d. loc. n. 114. nempe Novellæ 135. cujus Rubrica est : ne quis cogatur bonis cedere.* Per quam constitutionem sublato, ut *Matthias Stephani, post Rittershus. part. 9. cap. 30. n. 2. in Comment. ad d. Nov. n. 8. loquitur, vel potius interpolato & mitigato. v. Joachim Stephan. ad d. Nov. n. 3. flebili ac ignominioso cessionis*

Exempla
(2)

4 P R A E F A T I O : D E P R A E S I D I I S

Bonorum remedio, conceditur debitori, qui non suâ culpâ, sed fortunæ novercantis vitio decoxit, ut si juret se non solvendo, sed paratum esse, quod ex priorē fortunâ bonorum sibi reliquū fuerit, id omne creditoribus cedere, liberetur ab omnibus carceris molestiis, quamvis solenniter bonis non cesserit. Adeoq; vigore d. constitutionis nemo cogitur bonis cedere, dummodo juret se non esse solvendo: dummodo bonam copiam ejuret, ut cum veteribus loquitur Gudelinus de jure novissimo. Lib. 4. c. 16. n. 53. post Rittershus. d. l. n. 2. add. Dn. Manzius decad. 2. quest. 2. Dn. Zorerus in seinem bedencken über etliche vorfallende fragen. Verum alii Novellæ huic omnem derogant auctoritatem, v. Bachov. 2. Disput. Treutl. 24. th. 4. B. & imprimis Gudelinus d. n. 53. scribit: Hanc constitutionem Justiniani usu non esse receptam: solam enim cessionem bonorum more hodierno liberare debitorem à carcere, non inopiam, nec jusjurandum quod eâ de re præstare quis paratus sit. Eamq; causam suspicatur fuisse Rittershus. d. c. 30. n. 3. cur ex hac Novell. nulla fuerit confecta & ll. Cod. subiecta authentica.

3. Alii cum animadvertunt has Exceptiones non esse peremptorias sed temporales tantum & dilatorias, in tempus quo debitores rem auxerint Donellus 22. Comment. 9. Hillig. 27. D. E. 9. lit. SS. Manzius decad. 3. quest. 1. n. 122. (Vt cunque alijs peremptoria dicantur alio sensu & respectu, quod sc. etiam post sententiam latam in ipsâ executione possint objici l. 41. §. ult. de re judic. Asin. in praxi Florentin. §. 13. c. 6. n. 3. imò perimere in totum talem remissionem tradit Carpzov. part. 2. Constit. 22. defn. 27.) Ideò ex promptuario & penu prudentiæ suæ educunt Tertium ἀφέλημα & adminiculum, nempe è Novel. 4. cap. 3. & ex parallelâ huic constitutioni authent. hoc nisi C. de solut. quâ debitoribus qui adhuc prædia & res immobiles reliquas habent, quæ emptorem non inveniunt, licet ea creditoribus in solutum dare. v. C. I. A. de bon. cess. th. 4. n. 2. Praxin nostri (quibus folis scribimus) commilitones ex seq. possunt colligere citatione sive formula, cujus inscriptio sic habebat: *Copia citationis ad tractandum & videndum fieri solutionem, juncta inhibitione.* In Sachen N. contra N. creditores. Wir N. Enbietchen dem Ehrsamem vnserm Schultheissen zu N. wie auch vnserm vnterhanen N. daselbsten/ alles guts/ vnd geben dabey zuvernehmen / daß auff vnden bemel-

148

DEBITORVM EGEN. IN GENERE.

res datum in vnserer Ratsversammlung erschienen vnser Rathsredner N. vnd vns als Anwalt des Edlen vnd Hochgelehrten Herren N. Ehevöglicher weise / vnd im Namen Sr. N. N. nachgelassener Wittiben / seiner jetzmaligen Hausfrawen schriftlichen zuerkennen geben: Ob wol sein Sr. N. ihrem vorigen Ehemann / eine starcke / ansehnliche vnveränderte nahrung / von N. gülden in die erste Ehe eingebracht / vnd aber dieselbe / constante matrimonio, durch allerhand vnglückliche Fall also administriret / verwaltet vnd hin vnd her verstecket worden / daß auff sein N. tödtliches ableiben sich ein zimlicher grosser Schuldenlast präsentiret / dergestalt / wo sie die Wittib nicht allein der allgemeinen beschriebenen; sondern auch diser Stadt municipal rechten / gebräuchen / vnd gewonheiten sich bedienen / vnd vor allen dingen Ihre rechtmässige Ergänzung suchen vnd begehren wolle / die N. Creditores samptlich in verlust ihrer Forderung / vnd sie selbst noch in ziemlichen Nachstand / Abbruch vnd Schmälerung ihres vnveränderten Eigenthumbs hätten müssen gesetzt werden; Daß jedannoch dieselbe mit suspension, vnd etlicher massen zurück vnd hindansetzung ihres Rechts / Ihm N. seel. zu lauterem Glimpff / Ehr vnd guten Namen / solaq; prioris matrimonii reverentia, ausser aller Schuldigkeit / lieber etwas dabey leiden vnd über sich bishero ergehen lassen / als den N. Creditoribus zu vngedultigem queruliren vnd klagen / vngleichen Reden vnd allerhand Bestimpffungen occasion vnd Anlaß geben wollen; Allermassen sie mit vnd neben Ihrem jetzigen Eingangs gemelten Eheherrn / an solche Last würckliche hand angeleget / vnd vnerachtet bey diesen noch immer continuirlichen Kriegszeiten / und guten theils entweder in stücken gerathenen vnd fast gänzlich ruinirten Mitteln es ziemlich schwer vnd saur hergängen / gleichwol bis in 18000. fl. mit Mitteln / so gut sie in dem vermögen selbst sich befunden / dieselben geleichtert / verringert / vnd in einer geringen zeit theils N. Creditores vergnüget vnd bezahlet: Ob auch wol dieselbe noch hinan führo von ihrer guten intention, da allein im Gegentheil die Billigkeit auch bey den Creditoren selbst statt findet / außzusetzen nicht gemeinet / vnerachtet gleichwol nach N. absterben / die eigentliche Beschaffenheit des N. Schuldtwesens der hinderblieben Wittiben nicht genugsam entdecket / vnd weil sie die Schulden allerdings auff die hälffte mehr befunden / als sie wol anfänglich berich-

rer/ anjeko sich anderst zubedencken/ vnd zu resolviren vrsach hätte;
 So müssen sie doch in denen nicht vnzeitigen Sorgen stehen / ha-
 ben es auch seithero mit höchstem Schaden auß der Erfahrung ge-
 lernet / es möchten der Creditoren guten theils ihr absehen auff
 baar Geld Mittel stellen / Sie mit vngestimmigkeit actioniren/
 vnd mit beschwerlichen Executions Processen angustiren überet-
 len vnd beschweren wollen: Wie dann vns kurz verrückter zeit sie
 gebühlich klagen/ vnd daß bey vnserm Stadtgericht/ durch vnser
 Obrichterliche autorität / vorsehung darwider geschehen möch-
 te/ bitten müssen/ solche auch allbereit würcklich erlangt. Wan aber
 nicht allein in den Rechten / juxta Auth. hoc nisi. C de solut. son-
 dern auch der selbst verstandenen Billigkeit fundiret / daß ein
 Creditor in Mangel baaren Geldes / zumahlen bey schweren
 Kriegsläufften vnd obschwebenden allgemeinen calamitäten vnd
 verderblichkeiten/ wie solches mit vn beweglichen Rechtsgründen/
 bestärcket/ vnd da es die Nothwendigkeit erfordern wird/ in dedu-
 ctione causæ fünffzig weiltläufftig vorgestellt vnd dargethan wer-
 den soll/ andere vn bewegliche Güter vnd Zahlungs Mittel in der
 Debitoris Nahrungs-Massa / nach vnpartheyischer æstimation,
 in billichem werth zu acceptiren vnd anzunehmen schuldig vnd
 verbunden / Sie auch ihres theils länger in Beschwerlichkeit zu-
 stecken / vnd ihr Rechtens halb vnverfangenes eigenthum derge-
 stalt / wie bishero mit jährlichen Interesse beschweren zulassen/
 vnd bey jeziger entstehung Eingans der Inraden / Befall vnd
 Einkünfften/nach vnd nach der consumption selbst zu vnterwerf-
 fen gesinnet/ noch dem jezigen Ehevogt thünlich/ oder auff fünff-
 tige Fälle verantwortlich seyn wollen; Hierumb wären Sie ihr
 Zusucht an vns zunehmen / vnd vermittelst vnserer Obrigkeitli-
 chen Assistentz/ zu völliger außweisung der R. Creditoren/ wozu
 sie mit darlegung des Inventarii, vnd vorschlagung billichmässiger
 Zahlungs Mittel auß demselben bereit vnd gefast/ zuschreitē/ oder
 in vnverhofften widerigen Fall andere zustehend rechtliche Benefi-
 cien/ welche sie ihnen eventualiter per exceptionem reservirt vn-
 bedingt haben wolten / zuergreifen höchlich gemüßiget / gestalle
 dann zu dem Ende Vns implorirender Anwaldt im Namen sei-
 ner Principalen gebühlich angelanger/ Ihme wider die noch vn-
 befriedigte R. Creditoren/ eine citation des Inhalts/ daß sie inner
 zeit dreyer Monaten bey vns zu erscheinen/ zahlung vnd Aufwei-
 sung

fungis Mittel anzuhören / darüber mit Anwalts Principalen zu tractiren oder vermög obangezogenen Rechten zu acceptiren vnd anzunehmen schuldig seyen / oder das sie vngehorsamlich auffenbleiben / daß ihnen ein ewiges stillschweigen auferlegt werde / sehen vnd anhören sollen / zuerkennen vnd mitzuthellen.

Wann wir dann dieses Begehren in den Rechten fundirt, vnd der Billigkeit nicht vngemäß befunden / vnd deme nach / gebettene citation durch richterliche Befrag bewilliget vnd zugelassen; als citiren vnd laden wir Euch N. von N. auff Donnerstag / so seyn wird der dreyzehend Maij / styli vet. dieses Jahrs / oder obderselbige kein ordentlicher Rechtsstag vnd Gericht wäre / den nechst darauff folgenden Raths vnd Gerichtstag / zu früher Tag vnd Rathszeit / vor vns zuerscheinen / des Imploranten Anwalt ferner anrufen anzuhören oder rechtmäßige Exceptiones vnd Einreden / ob Ihr einige hättet / darwider einzuwenden vnd der Sachen vollends bis zu endlichem Entscheid auß / vnd abzuwarten; Dann ob Ihr alsdann erscheinen / oder nicht / so wird nichts destoweniger auff des gehorsamen Theils abermaliges anrufen / vnd ewer vngehorsames außbleiben in dieser Sach gehandelt vnd verfahren werden / wie sich das der Ordnung nach gebühret: Demnach sich männiglich zurichten. *Decretum &c. Quo sanè beneficio nimium quantum abutuntur debitores illi, qui sericis & holosericis suffarcinati vestimentis, & lautissimis quotidie saginati epulis, Creditores ad inania desolataq; prædia ablegant. v. Dn. Manzium d. decad 2. q. 5. maximè n. 25. & Renatum Tuonem Hypobolimaum in suo item patrocinio n. 66. 116. & 118. C. I. A. d. loc. th. 5. n. 6. Vbi eiusmodi debitores, qui neque finem neque modum epularum & aliarum similium expensarum faciunt, decoctoribus annumerantur. Argent. ad Consuet. Britann. artic. 408. n. 3. & seqq. iterum Ivo ille Renat. n. 111. ibi: ein gerechter Richter soll solches alles fleißig erforschen / vnd des Schuldners Eydschwur nicht glauben. Reform. Francof. part. 2. tit. 27. §. 11. Cum tamen iustissimus Imperator beneficium suum nominatissimis & equissimis definiverit regulis, requisitis atq; repagulis: præscribendo (1.) hanc conditione, ut si quæ res mobiles (v. c. pretiosa vestimenta & monilia) præstò sint, creditori illas capere antè omnia fas sit, d. c. 3. vers. illi v. non sit facile: (Ubi ipse contextus sanè requirit, ut pro vocibus *ἡ ἀκίνητα πρὸς ὑμῶν ταῖς* quas habet Charondas in sua edit. ut &*

ut & Haloand. in suâ, legamus : τὰ κινητὰ πρῶτα, velut rectè post Cuiac. notavit Gothofr. ad d. c. 3.) certè præsupponit eum carere omnibus pretiosis, eo ipso, dum immobiles tum demum in solutum dare creditori permittit, si (2.) mobiles nullæ adsint, & immobilium emtores non inveniuntur. Jubet autem (3.) & illud, ut ex immobilibus creditoribus permittantur optimæ ac præstantissimæ, factâ earum à judice æstimatione & præterea cautione de evictione, creditori per debitorem præstitâ. Rittershus. part. 3. Novell. c. 3. In solâ Ecclesiâ debitrice conditionibus istis cessantibus. vid. id. Rittershus. part. 1. Novell. c. ult. n. 71. add. Matth. Stephan. d. Novell. 4. n. 33. Unde simul redarguitur incivile illud debitorum hujus tempestatis αἴτημα, quo creditores hypothecarios ad prædia oppignerata, quantumcunq; desolatissima relegare non erubescunt, quasi verò abundans & securitati provisura cautio, deteriore ipsius crediti causam constitueret : quas Vasianas novissimè refutant Dn. Zorer. quest. 1. & 2. Ivo d. lo. n. 44. Bidembach. im Rechtlichem bedencfen.

4. Illa huic quidem adversaria & inversum in morem concepta est Disputatio, an scil. debitores hujus ævi, utiq; calamitosissimi, inviti ad ejusmodi remedia suscipienda adigi possint? quæ tamen à Clariss. Jctis majore debitorum emolumento negativè deciditur, his rationibus. (1.) quia Novell. 4. c. 3. strictâ ratione inducta sit : aliud ergò dicendum esse æquitate sua dente. v. Manzius decad. 2. q. 9. n. 67. (2.) fore alioquin, ut in eadem miseras incidant debitores calamitosi, in quas per cessionem incidissent. (3.) quia hoc beneficium inventum sit in subsidium eorum, qui bonis antiquitus cedere cogebantur. At depauperatos infortunio belli, non cogi bonis cedere. E. nec eos attinere hoc subsidium. (4.) Debitoribus istis competere privilegium competentia: E. non posse ad extremam inopiam redigi. vid. Manzius decad. 2. q. 9. n. 67. Verum rationibus istis & cæteris parilibus varia reponuntur : Scilicet (1.) beneficium hoc Novell. 4. c. 3. nequaquam strictâ sed summa humanitatis ratione inductum esse : d. Novell. 4. c. 3. ibi, πρὸς φιλανθρωπίαν, (2) & quidem contra regulam juris, quæ exigit, ne aliud pro alio invito creditori obtrudatur. (3.) iniquum esse ut deprædationes militum aliis noceant, quam rerum dominis l. 2. §. 3. de L. Rhod. de jact. (4.) Plura quam conveniat singularia in his debitoribus cumulari

DEBITORUM EGEN. IN GENERE. 9

mulari, ut & privilegio competentiae, praeter juris textum donentur, & praedijs suis incumbere atque gaudere permittantur: contra regulam, qua dicimus, duo vel plura singularia circa unam rem non posse concurrere. *Tiraquell. in L. si unquam §. C. de revocand. Donat. in verb. donatione largitus. n. 167. Pruckman. I. consil. 10. n. 69. Berlich. 2. decis. 216. n. 6.* Denique (5.) hanc esse justitiam, qua suam cuique ita tribuat, ut non distrahatur ab ullius personae justiore repetitione *leg. 31. §. 1. deposit.* Atque aded (6.) aequitati nihil esse deferendum, quoties legem habet contrariam. *Vigel. in ratione legend. jur. controvers. Col. 10. Nebelkrae decis. 6. §. ult.* Quod si omnino necessitas vel causa major suadeat creditorem compelli, ut rem debitoris pro pecunia accipiat; Ea saltem observare convenit, qua post Roman. Caphal. & alios observanda ac probanda requirit Marcellus *Cala de modo articulandi §. 2. gl. un. n. 772. p. 500.* nempe debitorem ita egenum esse, ut creditori nullatenus possit in pecunia satisfacere: tum bona ejus emptorem nullum invenire *d. Auth. hoc nisi C. de solut. denique ut tempore oblationis bonorum, fidejussores in casum evictionis offerat, ne ab alijs debitoris obrati creditoribus, oblationi acquiescens postea subruatur & evertatur. Quod hodie saepe fieri, & emtores & creditores magno suo malo experiuntur.*

5. Itaque progrediuntur alij, & *ἑκείνων ἕνεκα* seu respici- Quartum
 rationis gratia, *Mejer ad §. 2. l. de offic. judic. inducias (ὁπρημερίαν Hering. de Fidejussor. c. 5. n. 145.)* ab ipsis creditoribus pacisci, *c. 10 de Vsur.* aut à Principe moratoria diplomata impetrare suos clientes jubent: *Anstandts-brieffe vid. Wehner. & Besold. in hac voce. C. A. de bonor. cess. th. 5. n. 5. Manzium in praefat. part. 1. praelud. belli civil. itemque part. 2. quest. 6. n. 16. & seqq.* qua de re cum Wilhelmus Antonij volumine sat spisso post alios egerit, nihil attinet hoc loco uberius quicquam praefari. *v. omnino part. 3. f. 2. art. 1. th. 1.*

6. Alij hoc saltem à Magistratibus suis per diplomata Quintum
 impetrare satagunt effugium, ut creditores particulares solutiones ab ipsis suscipere teneantur. Exemplo Senatus Burdegalensis, de quo Nicol. Boërius *decis. 349. n. 10. vers. Tamen Curia*: testatur, quod conspiciatus condemnatum aliquem in magna summâ (videtur autem loqui decondemnato ex delicto,
 B de quo

de quo scilicet : dicere cœperat) recipiat eum ad solutiones particulares. *Matt. de Afflict. decis. Neapolit. 377. incip. Princeps concessit universitati. Manzius in patroc. decad. 2. q. 9. n. 115.* Adduci pro hâc sententiâ poterant *leg. quidam existimaverunt. 21. ibi: humanius facturum videtur. de reb. cred. leg. ult. de distr. pign. leg. cum heres 4. §. item si decem. 6. de statulib. l. pen. C. de collat. fund. patrim. lib. 11. quod sanè regulariter secus habet l. 3. Famil. Er-cisc. Carpzov. part. 2. constit. 28. definit. 13.*

Sextum.

7. Sunt nonnulli ex Heurematicis nostris qui ad ingeniosa commenta confugiunt, dum creditores aliquos, seu prece seu pretio occupant, ut suo præjudicio cæterorū causam imminuant, *Vigel. Method. I. R. I. §. 6. 3. regul. 9. except. 4. Stracha de decoct: p. 6. n. 5. Manz. part. 2. prælud. belli civil. q. 6. n. 24.* Id remediū licet multis juris locis laudetur per *l. 7. f. & seq. l. 44. de pact. l. 59. de adm. & peric. tut. leg. ult. C. qui bon. ced. poss. & fori usu receptum probetur Berlich. 2. decis. 237. Carpzov. part. 2. Constit. 22. definit. 27. vers. Ius Provinciale Prutenic. lib. 1. tit. 24. artic. 16. §. 1. & 2.* Perstringit tamen in censura sua B. Autumnus, præferens huic juris communis remedio S^Ctum Curia Burdegalenfis, quæ contrarium definiverit : Quod S^Ctum etiam laudat & denuo præfert idem Autumnus in collatione juris Gallici & Romani ad *leg. 8. de pact. pag. 54.* Movetur autem istis rationibus (1.) quod nec ignorans nec invitus quisquam donet *l. 10. C. de donat.* (2.) quia iniquum sit, ut debitor de alieno lucrum sentiat, collusorie agens cum aliis (creditoribus suis) *leg. si servus §. 0. d. leg. 1.* Denique (3.) cum reliquorum debitorum (absentium) jus minuatur, consequens fuisse, ut consensus eorum exquireretur. Respondimus alias (in corollario disputationis de immunitate reali) quod contrarij S^Cti auctoritatem attinet, eam retundi posse, non tantum cæteris Europæorū dicasteriorum concordibus suffragiis : sed ipsius etiam Principis in Gall. curia, Lutetianæ: cujus consensum vel invitis dentibus laudare cogitur idem Autumnus in *Collat. sua & notis ad d. leg. 8. vers. par arrest. de Paris.* Quinimo Mornacius in *Observationibus ad d. leg. 7. in fin. testatur* : Hodie istius legis praxin in usu frequentissimo esse, ut nempe prætor sequatur decreto suo majoris partis creditorum voluntatem. *Ad rationes regressimus; in prima confundi donationem simplicem cum remis-*

remissione ; certe ab illa ad hanc perperam inferri : Licet enim remissio donationi quadantenus sit similis, non tamen per omnia illi est æquiparanda. *arg. l. sed. si 31. §. quodvis 6. de donat. inter vir. & ux.* siquidem illa ex mera liberalitate proficiscitur ; hæc ex hypothese & comparatione majoris incommodi solet oriri & interponi : quemadmodum in transactionibus liquido adparet. *leg. 1. §. 1. quib. mod. pign. & leg. quamvis 8. ad SC. Vellei.* eoque intuitu remissionem pignoris intercessionem esse, negat Cujac. *in Papin. ad leg. 18. qua in fraud. credit. pag. 652* Instabit aliquis : Remissionem nihilominus vim donationis obtinere & effectum, velut expressè dicitur *in leg. Modestinus. 23. de Donat. leg. 6. §. 1. leg. 18. Qua in fraud. cred. Wesenb. in parat. de pact. num. 8. verb. remittere.* & iniquum esse, ut jus alicui ex consensu quæsitum, sine consensu & voluntate ejusdem auferatur *leg. 11. de Reg. Jur. leg. 68. de procurat. cum simil.* Replico : Cum de consensu quæritur, formam rei spectandam esse, non effectum. Præterea non esse vel effectutenus meram hic remissionem, nedum donationem ; quippe quæ fiat majoris incommodi vitandi gratia. Denique consensus hic præsumitur *leg. 3. §. 3. de admin. & peric. tut. ex voto majoris & sanioris partis creditorum. adhibe Carpzov. lib. 5. Respons. 64. num. 13.*

¶ In secundo argumento, diximus, (1.) collusionis maleficium inferri in speciem : quam à nostra hypothese longissime sequestramus & excludimus. Nec ergo (2.) ullum debitoris commodum hic spectatur (quis enim credat, creditores remissione sua debitorum commoda cum dispendio suo & insigni fortunarum jactura procurare !) Sed majus ex contrario eventu debitoris ad desperationem & incitas redacti discrimen. Nam ut Afflict. *decis. 288.* docet : tres in primis casus sunt, quibus creditores excitari solent ad paciscendum de debito : *primus* est ; si heres debitoris adire hereditatem recuset, nisi ei pars debiti remittatur : *Secundus*, quando debitor est in fuga, nec scitur, ubi sit : *Tertius* : si debitor bonis cedere velit, nisi ei fiat remissio. Unde A. Faber *in Rationalibus ad d. leg. 7. §. ult. lit. P.* scribit : plerunq; necessarium esse creditoribus, ut ita paciscantur.

¶ Ad postremam rationem responderi potest cum Dn. Carpzovio *d. definit. 27. num. 7.* distinguendo voluntatis singulorum requisitionem ab observatione. Licet enim concedatur

tur omnium & singulorum voluntatem initio requirendam esse, vel saltem singulos creditores citandos aut convocandos esse: si tamen unus vel alter dissentiat, utilitas & necessitas rei exigit, ut prætor potius majoris partis consensum sequatur & observet seu attendat; quam ut negotium totum intercidat, per nonnullorum pervicaciam: Quin è contrario æquum est, ut plurium (qui nihil jactare creduntur *leg. 25. de probat.*) consensus, cæteros etiam obliget. *ut in leg. 3. & 4. Quod cujusq; univers. leg. 12. de reb. aut. jud. poss. §. 1. ibi: quem major pars elegerit. de satisd. tut. vel curat. leg. ult. de curat. bon. dando.* Unde natum brocardicum triviale: Major pars concludit. *Berous 1. Consil. 89. n. 18. & 19. Wesenb. part. 5. consil. 231. num. 12. & seqq. ubi exemplis res ded.* Plerumq; enim ubi à pluribus quid decernendum est, juris nostri autores majoris partis consensum pro omnium votis accipiunt *dd. ll. add. l. aliud 160. §. refertur 1. de R. 1. l. 19. ad Municip.* Siquidem propter naturalem hominum dissentendi libidinem *l. 17. §. 6. de recept. arb.* multa salutaria consilia & negotia intercidere necessum esset, nec ulla speranda concordia, nisi minorem pars major vinceret. *Dan. Otto de jure publ. cap. 13. p. m. 343. Besold. Thesaur. pract. verbo. Meiste Stimmen. ubi exceptiones & limitationes varias adnectit. Goth. ad d. leg. 19. ad Municip. Add. Tiraquellum. de pœnis temperand. caus. 51. num. 63. & seqq.*

Fortiorem sane dubitationem petere Autumnus poterat: *ex leg. si precedente § 8. §. 1. Mandati, quam d. leg. 7. §. ult.* è diametro obstare & magnis curiarum altercationibus ansam præbuisse refert Mornac. *ad leg. 11. de pact.* quomodo & Hotoman. *in comment. ad leg. 10. de pact.* antinomiam inter hos textus, solita lubentia an libidine? admittit. Cujacius quoque dum (*in Paulo ad d. leg. 58. §. 1.*) inter rescripta D. Pij & Marci tantum discernit: & post eum *C. A. de pact. th. 41.* quid aliud fatetur, quam rescriptorum dissensum.

¶ Quod animadvertens ipse Cujac. & cum eo *C. A.* amplius distinguunt inter creditorem simplicem, & eum qui à debitore mandatorem acceperit: Ut illi etiam absenti (citato tamen) consensu majoris partis præjudicetur: Isti a. non item: quia scil. mandatorem suum nihilominus convenire possit in solidum, *C. A. mandati th. 29. inf. & clarius th. 39. num. 13.* Cui distin-

distinctioni licet aliqui contradicant eo argumento: quod beneficia concessa debitori etiam prosint fidejussori. *Hering. de fidejussor. c. 22. n. pen.* Quia tamen id perpetuò non obtinet; merito explicatio ista recepta fuit ab A. Fabr. *in rationalib.* & ab aliis citatis Hilligero *lib. 22. D. E. cap. 4. lit. V. conf. Cuiac. lib. 10. respons. Papin. pag. 436. C. ubi equitatem huius rescripti Imp. Marci amplius ostendit.*

Sanè patitur remedium hoc varias limitationes: Licet enim per ampliationem etiam pertineat ad creditores privilegarios *l. 10. de pact.* ita ut consensus majoris partis obstringat etiã eos, qui personale privilegium inter creditores chirographarios habent *l. qui. in navem 26. l. quod quis. 34. l. bonis 38. §. 1. de reb. aut. jud. poss. l. si sponsa 74. de jure dot. Vinnius de pactis cap. 17. n. 6.* (Salvo tamen privilegio in portione debiti assignata, in qua sc. reliquis creditoribus chirographariis nihilominus preferuntur, si forte, propter heredis inopiam, suam singuli partem cõsequi nequeant. *Vinnius d. c. 17. n. 8. ubi l. 58. §. 1. mandati, sic explicat*) Licet etiam rescriptum hoc stringat fiscum, quoties tantum privilegium exigendi, citra hypothecam habet *d. l. 10. veluti cum in privati alicujus locum successit l. fiscus 6. de jure fisci. Vinnius d. n. 6.* Hypothecariis tamen creditoribus pactum chirographariorum non nocet *d. l. 10. Pac. in commen. ad d. l. 7. §. ult. Berlich. 2. decis. 237. n. 10.* Neque enim iis obesse debet aliorum pactio, qui jus hypothecæ habent, propriaq; actione rem sibi obligatam persequi possunt. *Vinnius d. c. 17. n. 7.* sive ut Berlichius *d. l. 10. ratiocinatur:* quia semper habent, quem convenire possint, nempe bona vel possessores pignorum. *Ex eadem ferè ratione nocere non debet hæc cæterorum conventio creditoribus, qui fideiussorem vel mandatorem habent: cum electio ipsis competat, utrum debitorem an fideiussorem convenire malint d. l. 58. §. 1. mandati. Trentacinq. lib. 3. resolut. sub. tit. de solut. c. 3.* Adhib. Klocken *de contribut. cap. 6. n. 68. & seqq.* Planè in concedendis induciis moratoriis, quia minus præjudicii vertitur; idè etiam hypothecarii creditores sequi tenentur suffragium majoris partis creditorum. *l. ult. vers. nulla quidem differentia. C. qui bon. ced. poss. Vinnius d. n. 7. in f. fusissime more suo Antonius de rescript. morator. tit. 6. conclus. 15. per tot.*

Septimū,

8. Nonnullis debitoribus suamet impudentia pro consultore est; ut maximè enim mobilia vel immobilia ipsis suppetant, unde creditoribus satisfieri possit, *exceptione tamen impossibilitatis*, vel quod pejus est, per modum decreti sibi in propria causa concinnati, miseros debitores ad meliora tempora & aureum Saturni Sæculum relegant; qualis formula Capitulo cuidam ex aula creditoris Illustris à Præfecto reddita est, mense Nov. 1649. hunc in modum: daß auff meines hochgeehrten Herrn mehrmaliges anlangen/einem Wolehrw. Capitulo mit lufferung des beehrten Holzes / an statt Zinsen / jemals nicht willfahret worden/ist mir leid: Es haben aber obgedachte Ihre Excellen. vor dißmal eine resolution der Zinszahlungen halber gefasst / daß ich nicht zu endern/ sondern mich in gleichmäßiger Sach auch zu patientiren habe. Ich verhoffe aber die zeit werde bald was bessers hervor bringen. Quasi vero Statibus Subditis ære alieno gravatis moratoria sibi conficere liceat & elargiri. v. Antonium de morat. rescript. tit. 6. conclus. XI. n. 11. & seqq.

Octavum.

9. Modestius agere videntur, qui debitoribus persuadere nituntur, ut contenti pensionum & usurarum continuatio-
ne, sortem nunquam, vel ad Græcas demum calendas reposcant: Quanquam hoc pacto reapse æs alienum, in necem benefactorum indissolubile constituitur, ab his qui sine ullo schemate, hoc schemate utuntur l. 9 §. 2. *Locati*, valdè gavifuri tegmine & peripetasmate l. 33. *de usuris*. Qui tamen textus (1) non loquitur de creditore privato & egeno; sed de Republicâ opulenta, & de credito securo. (2) nec de creditore invito, & per inducias atterendo: sed de volente & per inducias incrementa capturo. Denique monetur ibi præses, ne temere bene collocatæ pecuniæ nomina invitis debitoribus mutet. *conf. l. 1. C. de commerc.* E diverso expresso jure cautum est, non repelli posse creditorem, qui sortem repetit, eo prætextu, quod paratus sit pensiones vel usuras repræsentare & exsolvere. *textus est in l. ult. in f. C. de jur. Dot.* quem ut singularem, & cui vix alius in toto juris corpore assimilari queat notari jubet Cujac. *in recit. ad d. tit. Cod. f. ad d. l. ult. in f.* Et annotavit in editione omissum ad C. A. *de solut. th. 15. Dn. Meierus*. Quanquam miseria horum temporum, statuta huic constitutioni contraria & hic & illic extundat. Atque utinam usuræ vel sic sine gratificatione & *περσωποληνία* solverent.

rentur: Cui sanè gratificationi nullus in arbitrio obarati debitoris, qualiscunq; locus est relictus. Bartol. & ceteri in l. pusillus 24. Quæ in fraud. credit. itemq; in l. 6. §. 2. de reb. aut. jud. Hartm. Pistor. lib. 3. quest. 20. n. 11. Anton. de rescript. morat. cap. 63. lit. i. k. l. m.

I o. Aliqui ad speciem progressi, singulis ordinibus, pro status sui ratione consultum eunt, & Principibus inquam, aliisq; magnatibus: Et Provinciis, Civitatibus atque Universitatibus aliis. Porro Nobilibus atque Doctoribus: ac tum demum reliquis civibus paganis seorsim prospicientes. De primi ordinis creditoribus concludunt: Principes (aut alios magnates: Comites enim, Barones & Status Imperij potentia juris illis equiparantur; licet non dignitate: Dn. Klockius tom. 2. consil. 28. n. 18.) in Regali feudo succedentes, in Camera autem & cavena parum vel nihil inveniunt, nec multum de annuis redditibus lucrantes, durante hac rerum atque hominum penuria & calamitate, à predefuncti Principis creditoribus tam rigorose exigendos vel inquietandos non esse. Dn. Fibig. & Schleicher in quadriga conclusionum hoc tempore calamitoso maximè practicabilium. Conclusioni huic seqq. theoremata adjiciunt: nempe (1) Principem vel dynastam in Feudis tantum succedentem, omissa aut repudiata hæreditate; ex debitis antecessoris non feudalibus, nullatenus teneri. per text. 2. feud. §. 2. & §. 5. Rosenthal. c. 7. de feud. conclus. 21. n. 5. conf. quæ explanatius diximus; in tr. de obligat. successorum in offic. cap. 5. Succedentem autem admittam simul hæreditate, præcepturum ea, quæ ad sustentationem sui & status pertinent; reliqua distributurum inter subditos famelicos & egentes: tum demum locum creditoribus facturum. Ita illi inducti consilio Manzij. cui addere poterant auctoritatem Wesembecij 1. consil. 50. n. 19. & seqq. Sed fortiter opponunt se horum decretis Colerus de processu Executiv. part. 2. cap. 3. n. 119. & Schefferus part. 3. quest. 14. n. 4. f. qui Wesembecium ex affectu potius, quam ex vera & genuina sententia scripsisse tradit. add. Covarruv. 2. var. resol. c. 1. n. 4. Finckelthus. Observat. 113. n. 17. ubi Facultatem Lipsiensem ex opinione Coleri respondere maluisse testatur.

II. Provinciis & civitatibus (Civitas enim qualibet hodiè provincie equiparatur, Corneus 4. consil. 268. n. 28. Schurf. 1. consil. 26. n. 2.) consulunt, primum expensione seu exploratione ipsarum

rum

rum obligationum, tum exemptione singulorum civium, tertio deductione reddituum ad conservationem status necessariorum. Quarto & ultimo collectatione.

Cum enim, quod primum attinet, multa ad Universitatum obligationes, ut ex firmæ sint, desiderentur, *l. civitas 27. ubi omnes. de reb. cred. Choppin. lib. 3. ad consuet. Paris. tit. 2.* Idè videndum an requisita illa omnia adhibita sint; cum alioquin vis obligationis facilè perimatur: Unde plerique periculosum esse fatentur, cum civitatibus contrahere, præsertim autem illis credere. *post Decium Nevizan. & al. Hammel. in comment. de action. n. 7. v. tamen Henricum Bruning. de var. Univ. spec. th. 76. a. th. 77. & seqq.* Exemptione (quod alterum erat remedium) singulorum civium, per exceptionem: tibi non competit actio adversus nos in particulari, vel ad ea, quæ in privato patrimonio possidemus *arg. l. 7. §. 1. ibi: Ut enim si quid universitati debetur, singulis non debetur: Ita nec quod Universitas debet, singuli debent. Quod cuiusq; Univ. sit. t. t. C. ut nullus ex vicin. Coler. part. 2. de processib. executiv. c. 3. n. 367. Köpen. q. 60. n. 23. Carpzov. 2. constit. 46. defin. 9.* Quin si maximè cives singulatim se obligarint & subscripserint; non tamen in solidum, sed pro virili eos teneri, docet *Hartm. Pistor. 1. quest. 37. n. 19.*

12. Tertium præsidium deductionis necessariorum sumtuum, deducunt *ex cap. un. Extravag. de decimis.* Sed illud revera ad Ecclesiasticas tantum personas pertinet. Nisi quis cum *Manzio d. quest. 4. decad. 3. n. 139.* argumentum eo ducat, quod in *d. cap. un. à decimis* propter necessitatem belli impositis liberæ pronuncientur expensæ, quæ fiunt pro fossatis & terris ædificandis, ut uberiores fructus producant. Quo modo (præsupposita argumenti ab Ecclesia ad civitatem validitate) commodius induceretur *vers. de iis quoq; ibi: deductis salariis moderatis.* Fortius & hic æquiparatio superius indicata urgetur: Ut quatenus Principibus licet ad Status conservationem redditus præcipere, & privatorum utilitatem publicæ postponere: Eatenus etiam Civitatum salus considerationem mereatur.

Quartum denique subsidium est collectandi: Quia enim defensio & tuitio civitatum maximas requirit impensas, idè urgentibus inprimis creditoribus, collectandi jus civitatibus non videtur denegandum, *per tradita Henric. Bruning. de var. ris*

riis Vniuersitatum speciebus th. 23. N. Losai. part. 3. de iure Vniuers. cap. 9. n. 1. & seq. Tusc. lit. V. conclus. 33. n. 9. Gail. d. arrest. c. 9. n. 19. ubi Civitatis praesides ad hoc etiam compelli posse tradit, si cives isto casu ad contributionem urgere detrectent. Gratian. decis. 217. n. 3. Thomat. de collect. verb. exposuimus. n. 22.

13. Nobiles etiam atque Dd. ex benigna juris interpretatione beneficio competentiae. quod vocant, in primis eriguntur. a Dn. Fibig. & Schleicher. d. tr. conclus. 3. & quidem ita; Ut pro ratione status & conditionis suae honestioris in executione & exsolvendis debitis deducant, ne egeant; sed ipsis tantum relinquatur, ut honestè vivere possint: Conf. Limnaus lib. 6. de I. P. cap. 4. n. 59. Nolden. de statu Nobilium cap. 12. §. 5. Idq; ita usu servari testatur Carpzov. 1. Constit. 32. desin. 15. Quod fortè quantum ad bona feudalia exaudiendum, ne in ea ipsa facile fiat executio. Gail. 1. observat. 117. n. 5. Wesemb. consil. 52. per tot. Alioqui sola nobilitatis, nostro more acceptae prerogativa, nullibi in iure hoc beneficio nominatim afficitur. post Covarruv. & al. Dn. Lauterb. de privil. compet. th. 35. ubi ex eadem quoque causa Dd. privilegium competentiae denegat, constitutionem generalem, quam alii jactent, desuper requirens. Sed intelligunt autores illi haud dubiè l. 14. C. de advocat. 1. ubi Imp. militum privilegia generali sermone advocatis tribuit. Adrian. Pulvæus de privileg. advocat. p. 19. In privilegiis autem militaribus numeratur etiam beneficium competentiae l. 6. & 18. de Rejudic. V. Dn. Georg. Christoph. Walther. de privileg. Doctor. cap. 16. §. 112.

14. Tandem de gregariis civibus ita concludunt *disputantes nostri, modo laudati*: Paganos, hac belli calamitate ita ad inopiam redactos, ut creditoribus suis juxta datam fidem satisfacere nequeant, neque (1) incarcerandos, neque (2) ad flexible cessionis beneficium adigendos esse: Immo (3) nec ad periculosam quinquennii (moratorium intelligunt) impetrationem, vel (4) ad damnosam in solutum dationem confugere eos necessum habere: Sed tutos esse legis beneficio, ex Novell. 135. & §. ult. l. de action. ut scil. non in solidum; sed in id tantum, quod facere possunt, conveniantur. Quod in effectu commune & præcipuum beneficium d. tr. habetur: quàm verè, solidè & sufficienter, jam supra est indicatum.

15. Non debent consultores, Ecclesiarum, Scholarum & aliarum piarum causarum dememinisse, quibus jure multo certiore provisum est, ne rigidè excutiantur; l. omnes 33. §. Executoribus 5. & §. præterea nullus 6. C. de Episc. & Cler. l. omnia privilegia 35. ibi: valdè enim hoc videtur necessarium, cum exinde sustentatio usibus Ecclesiasticis comparetur. C. eod. l. non distinguemus 32. §. 4. ibi: Id enim non tantum honori personarum; sed & Maie-
 stati Dei indulgetur, cuius sacris vacant. De recept. arb. Arniseus de exempt. Clericor. cap. 3. n. 13. maximè quando reditus ad sustentationem personarum actu servientium non sufficiunt, puta vi majore intercepti. cap. olim. 16. de restit. spoliat. Hieron. Gigas de pensionibus q. 39. n. 4. Bellet. part. 1. disquisit. Clerical. tit. de clerico debitore. §. 1. n. 11. Tum enim ex beneficiorum fructibus ante omnia providendum est Clericis seu ministris Ecclesiarum & Scholarum de portione congrua, unde cum suis servis seu familia alimenta percipere queant, juxta suam qualitatem, statum & conditionem. Late Covarruv. lib. 2. var. cap. 1. §. 9. ubi beneficium competentia ad eos qui in maioribus sunt ordinibus restringit. Contrar. adstruit noviss. amicus noster Dn. D. Sluterus dissert. de ministr. verb. divin. cap. 6. §. 15. add. l. privilegia 12. §. ult. ibi: Et quia humanitatis nostra est, egenis prospicere, ac dare operam, ut pauperibus alimenta non desint: Salaria etiam, quæ SS. Ecclesiis (& Scholis) in diversis speciebus de publico hæctenus ministrata sunt, jubemus nunc quoque (cum infortunio vel ære alieno premuntur) in concussa & à nullo prorsus imminuta præstari. C. de SS. Eccles. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gl. 7. n. 50.

Certè in gratiam unius vel alterius privati debitoris, committi non debet, ut ministri publici Scholarum & Ecclesiarum egeant, iisq; dilabentibus collegia tota dissipentur, aut salus publica jacturam patiat. conf. Hiller. in respons. monet. n. 32. in informat. jur. n. 127. & in apolog. n. 10. Hippolyt. de Marsil. singul. 432. incip. sæpè contingit. Manzius patroc. pauper. decad. 1. quest. 10. n. 4. & in primis decad. 3. quest. 4. n. 99. & seqq. & iterum decad. 2. quest. 9. n. 49. ubi ostendit in causa debitorum, semper Ecclesie potiore esse rationem habendam, quam privatorum: Cum utilitate publica rependatur, quod adversus singulos peccatur. Tacit. 14. Annal. 44. de quo lo. consulendus est Dn. Bæcler. 1. Annal. 9. §. 11. pag. 170. & seq. A. Faber. C. suo lib. 9. tit. 6. de fin. 4.

16. Illæ etiam exceptiones sive excusationes debitorum Nonnulli
 quotidie in compitis & conviviiis audiuntur, Mir seynd andere
 Leute/ Fürsten/ Herren vnd Communen auch schuldig/ wann
 mich dieselbe zahlen/ will ich auch zahlen. vel quæ eodem reci-
 dunt querelæ: Ich soll jederman zahlen/ mich will aber niemand
 bezahlen. Hirschfeld. in disput. inaugural. de Exceptionibus. p. 5. th. 6.
 Fortean causationibus istorum colorem quis mutuatur ex l.
 quod debetur. § 1. ibi: ergo si paratus sit actiones mandare, absolve-
 tar. De pecul. ubi C. I. A. th. 16. (incip. contra non datur) vers. non
 datur. Rationem generalem subdit: quia delegatio pro justa
 sit præstatione: citando de super l. 9. §. ult. communi divid. & l. 7.
 §. 1. de trib. act. quæ ratio etiam per errorem translata est in analec-
 ta ad Locos comm. Barbose lib. 4. cap. XI. §. 4. Cui opitulatur & alia
 ratio: quod nempe imputari illi nihil debeat, qui solvere etiam
 si vellet, non possit, puta à debitoribus & ipse suis elusus l. cum
 quidam 17. §. 3. de Usuris. Et quis eorum non misereatur, qui tali
 suppressi & oppressi jacent fortunæ impetu, cui nullo consilio,
 nulla prudentia, nulloq; humanarum virium robore, potue-
 runt resistere: Inquit autor disput. de dilat. morat. tom. 7. disput. Ba-
 sil. th. 19. Vera certè justitia compassionem habet. can. vera. dist.
 45. & disciplina destituetur, si sine misericordia teneatur. can.
 disciplina ead. dist. 45. qua omnino digni videntur, qui alieno
 vitio aut fortunæ egent. Speculat. part. 2. tit. de sentent. §. ut ante
 6. n. 50. Wesemb. Consil. 19. n. 23.

17. Hæc illi; & hæc pro illis: Cæterum si quod res est
 fateri velimus, parum cum jure ordinario convenit hæc exce-
 ptio: Licet enim delegatio, quæ volenti creditori fit, vicem so-
 lutionis obtineat §. præterea 3. l. quib. mod. toll. oblig. l. 2. C. de No-
 vat. l. 18. de fidei. & Mand. l. 26. §. 2. ibi: bonum nomen facit creditor,
 qui admittit debitorem delegantem. Mandati. Nihil tamen ex ad-
 verso valet ea delegatio, vel potius allegatio, quæ fit creditori
 non consentienti; sed reclamanti l. 1. l. 6. C. de delegat. l. eum à
 quo 16. C. de solut. Nec debitor objectu sui debitoris se recte tue-
 tur. Zanger. part. 6. de Exception. c. 6. n. 4. & 9. fac. l. 4. §. 7. Si sery.
 vindic. ubi de Exceptionibus juris tertij solet tractari. l. 6. §. 1. ibi: qui
 non solvere, sed satisfacere paratus est, non videtur pignus liberasse.
 Ergo satisfacisse (volenti creditori) prodest; quia sibi debet imputa-
 re creditor, qui satisfactionem admisit vice solutionis. At qui non ad-

mittit satisfactionem, sed solutionem desiderat: culpandus non est.
 Wer sein baar außgeliehen Geld baar wider haben will/ der stehet
 gar nicht zuverdencken. *Quib. mod. pign. vel hypoth. solvitur. l. 21. §. 2. ibi si offerat satisfactionem. De pecunia constituta.* Imò nec
 expromissoris oblatione. *l. quod si non solvere. 10. de pign. act.*
 Neque LL. oppositæ de delegatione loquuntur; sed de cessione
 potius & quidem necessaria. Ut a. b. f. emptor actione, (v. g.
 aquæ pluv. arc.) liberatur si fundo cedat. *l. is. cum quo 7. §. un. De
 aq. & aq. pluv. arc.* Ita in *l. 51. de peculio* qui idcirco tenetur, quod
 actionem habet; cedendo eam, liberatur. Ut & in *l. 9. f. Commun.
 divid.* Si Dominus cum quo de peculio agitur, paratus sit rebus
 peculiaribus cedere, ex causa auditur. Ideoq; axioma *l. 51. de
 pecul.* ad eas causas trahendum; ut delegatio in illis causis &
 casibus pro justa præstatione sit; Et voce delegationis cessio in-
 telligatur *dd. ll. add. l. 7. §. 1. ibi: audiendum eum, qui peculio vel
 mercibus cedere paratus sit. De tributor. act.* Sed ita remedium hoc
 incideret in beneficium cessionis & Auth. hoc nisi C. de solut. si-
 ve Novell. 4. c. 3. (ubi cap. 2. etiam aliud quoddam beneficium habe-
 tur v. Pacium in Anal. Cod. de O. & A. n. 13. vers. 5.) de quo jam supra d.
*Adhib. Parlador. lib. 2. rerum quotid. cap. ult. part. 5. §. 17. n. 22.
 & 23. Donel. 16. comment. 9. lit. k.*

Decimum.

18. Politici quidam ex usu Reipubl. fore statuunt, si
 constitutione generali remissio præteritarum usurarum & ita
 in hac quoque parte gravaminis, amnistia inducatur v. *part. ult.
 th. ult.* pro qua sententia leges veterum de novis tabulis & aliæ
 rationes *infra artic. 4. huius partis th. 6. & seqq. designatæ*, militant.
 Hac enim etiam ratione (inter cæteras) prudentes Romanos
 pacem firmare consuevisse, in præfat. tr. de Fabricens. ex Sue-
 tonio docuimus. Imò tabulas obligationum aliquando totas
 abolevisse: in d. th. 6. artic. 4. ostendimus. Quod licet ad debi-
 tores ærarii à quibusdam trahatur: ob utilitatem publicam ta-
 men, etiam de privatis tabulis aliquid Principè detrahare posse,
 non infimi subsellii consultores judicant. *Gozadin. consil. 88. n.
 42. Gabriel. com. opin. lib. 3. tit. de jur. quæs. non toll. conclus. 2. &
 n. 14. ubi plur. alleg.*

Cum enim usuræ contra naturam proveniant, & ex so-
 la principis dispositione pendeant, Quidni per injecta legum
 repagula ad simplicitatem J. Civilis facilè redigantur. Sic Ju-
 lius

Ilus Cæsar, cum post bellum civile fides debitorum tota Italia esset angustior, neque pecuniæ creditæ solverentur; iussit æstimari possessiones, non secundum æstimationem præsentis temporis; sed juxta eam, quanti quæq; illarum ante bellum fuisset; atque sic æstimatas iussit creditoribus in solutum dari. v. *Ipsæ Iul. Cæsar. in histor. bell. Civil.* Imò amplius deduci voluit summæ æris alieni, si quid usuræ nomine numeratum aut perscriptum fuisset: quo pacto quarta fere pars crediti deperibat. *Sueton. in Iul. Cæs. c. 42.* Ac cum ne sic quidem egestati debitorum satis provisum esset; vetera debitorum chirographa plane sustulit & combussit. *ut ex Dion. lib. 53. inf. part. 1. artic. 4. §. 6. probavimus.* Imitati hoc sunt alii Principes prudentes, qui bellicis de prædationibus exinanitos subditos, publicè privatimq; ab onere æris alieni liberarunt. v. *Guil. Antonij de præscript. morat. conclus. 9. n. 14. Ioh. Christoph. Assum in telo necessitatis f. 57. & seqq.*

19. Sed illi consilio nuper vir gravissimus intercessit, his rationibus (1) quod obligationis & actionis jus quæsitum, nec summus Princeps creditoribus possit adimere. *Petrus Anton. de Petra de jure quæsito non tollendo per principem. c. 24. n. 20. 97. & pass.*

(2) Quod alias debitor summa cum injuria & ære alieno frueretur, & inter usurio: Utrouq; careret creditor & sic princeps cum gravi alterius dispendio, amorem in unum totum effunderet, alterum autem gravissimo incommodo afficeret, *contral. quoties 2. C. de precibus Imp. offer. de Petra. d. lo. n. 62.*

(3) Quia sic ditiores deterrerentur, quo minus deinceps egentibus subvenirent, cum fœde promissionem ruptam recorderentur, eoq; pacto majora Reipubl. incommoda, inter ciso commerciorum nervo, attraherentur.

(4) Sic cum summa injustitia debitores alieno detrahentes suum augerent peculium. Ita ille im *Redtslichen bedencken* ad articul. 8. §. de indagand. rat. Instrument. Pac. Ofnabrug. ubi duo deciduntur quæsitæ: (1) nulla interesse posse in totum cassari: (Colligat inde quis: posse itaq; inter usurium quadantenus tolli quod ad sustinendum jus nostrum de altero tanto sufficit) (2) Etiam in multis casibus dilationes moratorias, concedi non posse.

Vndecimū
ex C. Th.
suggestū.

20. Magnum certè principis commiserationi pondus adjiciet, & debitoribus obaratis præstabit præsidium, rescriptum pragmaticum quod Impp. Theodosius & Valentinianus A. P. C. circ. 443. eadem temporum injuria moti suggessere, quodq; in Novellis Theodosii, post Codicis illius fragmenta p. 551. subjicitur, & ita habet, cum inscriptione:

De pecunia Afris credita, & de fidejussoribus eorum:

Impp. Theodosius & Valentinianus AA. Albino
II. P. P.

SI afflictis Afrorum fortunis (nempe per Genfericum Vandal, & Afrorum regem, v. Nov. Theod. 20. de reddito (populo) jure armorum. An. 440. promulgatam: Baron. d. A. 440. §. 3. & seqq.) qui omnes facultates suas, super (i. e. ultra. Quintil. declam. 19. *super cuncta que passus. l. Seia. II. de dot. præleg.*) acerbissima supplicia amittere sunt coacti: Decet miserationem publicam (notate hanc sententiam Domini mei, qui mitius remedium aspernamini & adhibete infra artic. 4. huius partis, §. 6.) quocunque potest humanitatis genere, vel singulis vel in commune consulere: quanto dignius est, infortunia eorum, contra molestias improbas creditorum, clementiæ nostræ remediis sublevari? Quos enim constat pericula famis aliter non posse depellere, nisi ope aliena auxilioq; recreentur; quàm magnæ acerbitalis putandum est, hos ipsos, inopes omnium rerum, & precario victu egentes, compelli ad injuriam restituere ea, quæ improvise cladis impetu vis major abstraxit; sibiq; inter omnium spolia vindicavit? Et certè solet etiam salva re prodesse debitoribus, si quid his calamitatis acciderit. His verò, ubi omnium fortunarum, diluvium, ubi etiam, quod per ignorantiam dominorum latere potuit, intolerabilis inquisitionum cruciatus extorsit; quisquam dubitare poterit, quin inhumanitatem superet hostilem, si quis, quod integris & florentibus dederat, nunc ab spoliatis, egentibus & extorribus patriæ recuperare conetur; nec eos vereatur exigere, quos erubescendum est, non juvare? Albino P. P. A. (Hætenus narratio & causa constitutionis: sequitur constitutio ipsa:)
Ob hoc

Ob hoc inlustri & Excelsa magnificentia tua, pragmatici nostri sequuta præceptum, sciat miseriarum circa Afros intuitu, clementiam nostram statuisse: Ut nulli nomine chirographorum creditæ pecuniæ, sive fidejussorum, usque ad recuperationem rerum suarum, quolibet pulsante teneantur: pro quibus neque fidejussores, neque mandatores eorum, quolibet genere obligatos, inquietari volumus, qui plerumq; à creditoribus, nomine debitorum conveniri, pro arbitrii sui interpretatione, consueverunt. (*Sequitur limitatio Constitutionis prima*) Quæ forma (*i. e. rescripti dispositio. l. 10. de pact. l. 14. de alim. vel cibis. legat. l. 23. C. de Excusat. tut. l. 4. & 5. C. de jure fisci. l. 20. C. de SS. Eccles. Novel. 121. c. 1.*) circa eos debitores servabitur, quos cum patria, omnia sua amisisse constiterit; hoc est, exceptis qui alibi locupletes atq; idonei, non debent uti excusatione miserorum. De his quoque quæ intra provinciam gesta sunt, in qua liberum modo non est sub quolibet causarum vel litium titulo solitum jus à quoquam conventionis exigere, amissis aut relictis ibidem necessariis instructionibus nemo pulsabitur, nisi forte alia evidenter ad probationem doceatur. Quod observari volumus, sicut dictum est, usque ad illud tempus quo qualibet ratione atque eventu, patriæ vel priorum recuperatio optata contigerit. Illud etiam pari iustitiæ ratione servandum est, ne creditæ pecuniæ cujuslibet temporis à personis quarum supra infortunia expressa sunt, usuræ penitus postulentur, cum abundare debeat creditoribus, si post redintegrationem ad sortem potuerint pervenire. Quæ ut inviolata serventur (multa) decem librarum auri dispendio ferietur, quisquis contra statuta nominis nostri quæ circa Afros, moti ærumnis, protulimus, venire temptaverit. Quam rem & his ipsis rationabilem videri posse credimus, qui æquitatis tramitem stimulis cupiditatis animum depravantibus vel nolint tenere vel nesciunt. Data XIV. Kal. Novemb. Maximo II. & Paterno V. C. Coss. Leg. Paterno: Nam Fl. Anicius Maximus hac tempestate secundum consulatum suum, cum Fl. Paterno gessit, Anno vulg. 443. pace enim cum Genserico An. Chr. 442. in Africa facta; certis spatiis Africa inter utrumq; (Imp. & Regem) divisa est. Ut ex Prospero refert Baron. d. An. 442.

21. Quicquid sit? Illud affirmare penè ausim, omnibus istis præfidiis certudine suâ & æquitate comparari, si non ante-

Duodicesimum ex C. Iustinia-
poni neo.

poni posse remedium Justinianæum in Novell. 121. & textibus parallelis propositum, quippè quod sine creditorum injuriâ plenam itidem debitoribus *ἐλευθέρωσιν* adfert; de quo remedio cum Amplis. Facultas Juridica non dubitaverit, pronuper quam optimè sentire & pronuntiare; non dubitavimus, & Nos, argumenta in consultationem deducta, memoriâ repetere, & ad Disputationis adversariæ Lydium lapidem denuò explorare. Interim solenniter protestati; nos isthâc consultatione nulli hominum, nedum cuiquam prudentiori præjudicare; Sed solius veritatis explorandæ causâ, præsentem instituere exercitationem voluisse.

22. Casus Facultati propositus fuit hunc in modum: Civitas quædam Imperialis, ex vetustissimis Germanicæ gentis propagatoribus collecta, cum in bello antefeculari diuturnam obsidionem tolerasset, plurimam fundorum publicorum, Reivè communi adfectorum, partem, prævalidâ in vasorum amisit potentia, ac insuper dum obluçtari viribus undecunq; contractis nisa est, ærarium suum tantoperè exinanivit, ut bello quantumvis illo tempore composito, deinceps tamen urbem & quæ reliqua hostis fecerat ex pristinâ opulentia, alieno potissimum ære ostiatim corrogato, tutari fuerit coacta, In vasoribus cedere malè quæ sita præfractè detrectantibus. Quâ de re licet in Comitibus Imperii ac diatis singulis, multoties conquesta fuerit, simulq; injustitiam violentæ detentationis coram supremis iudicibus detexerit, hætenus tamen restitutionem bonorum occupatorum haud magis recuperare potuit, quam illatorum impetrare damnorum reparationem: Unde suis interim relicta afflictionibus, & ordinariis haud quaquam exempta contributionibus, plures indies nummos mutud sumere fuit compulsa, quibus residuam ex pristinâ magnitudine fortunam qualitercunque tueretur. Accessit panoletrica rei monetariæ confusio, quæ intra civilem modum positam mutuata pecuniæ summam, in immensum provexit, atque ita adauxit, ut usuris deinceps representandis ærarium nullatenus sufficiat, tantum abest, ut Præfecti de sorte aliquando dispungendâ spem aut cogitationem animo possint concipere. Denique œcumenicâ belli hujus plus quam Trojani violentiâ ac diuturnitate, ad incitas planè redacta, cum varia inter jurisperitos agitari animadvertet,

erret, quibus depauperatis belli tempestate, aliisvè casibus contra instantiam Creditorum succurratur; de consiliis ipsa quoque cœpit circumspicere, quibus jure legitimo queat ab intolerabili hoc æris alieni onere liberari.

23. Hâc occasione revocata fuit sub incudem ista Quæ-
 stio: An Debitores qui usuras particulares ultra duplum credi-
 ti exsolverunt, in posterum à sorte & usuris liberi sint? Quæ
 quæstio ut à nobis etiam ordine perspicuo discutatur, ejus per-
 tractationem in tres partes dispescemus: Quarum prima doce-
 bit, affirmativam sententiam jure certissimo niti. Altera de-
 monstrabit, certas illius juris nostri, quæ de eâ re proditæ sunt,
 sanctiones, contrario jure nequaquam esse abrogatas. Tertia
 denique declarabit, quibus casibus decisio ista locum inveniat,
 nec ne.

Quo ordi-
 ne resolvē-
 dum?

Consilium ut justo prosit, noceatq; maligno

Tu mentem atque manum dirige Christe meam!

PARS I. Ejusq; tum πρότασις (Juris istius certitu-
 dinem & fundamenta patefaciens) tum διάταξις
 digestio & partitio ulterior.

1. Inter egregia monita quibus post Justinianum in pr.
 I. de offic. judic. Johannes Ferrarius Montanus in notis ad illum lo-
 cum, judicem instruit, illud in vers. proinde: pag. 493. præfulget,
 cum inquit: Si quando res major (Quæstio ἀεβλημαλόδης) inci-
 dat, memorem esse debere judicem illius verbi, quod Augusto
 frequens erat αὐτῷ de βεβδέως. ap. Sueton. c. 25. in Augusto. Dion. &
 alios notatos Erasmo in adag. Nimirum leges scriptas primum,
 deinde morum consuetudines consulentem, tum demum ma-
 turè atque consultè pronuntiaturum. Neque in hoc omnes in
 universum leges perfunctoriè arripiendas esse, sed eas tantum
 quibus integra adhuc duret authoritas: Esse enim leges Pande-
 ctarum, quibus Principum constitutiones, & rursus constitu-
 tiones, quibus recentiores sanctiones, præsertim authenticæ
 derogent, & his omnibus consuetudines. Quæ singula nisi ju-
 dex ceu digitos suos enumerata (forte leg. in numerato) habeat,

D

facile

facilè eum impingere; atq; ex jure se respondere arbitraturum, quando nec umbram juris habeat, cum idem sit, legem aut non esse, aut inveteratam atque exauctoratam esse.

Ratio ordinis.

2. Quod prudens monitum ordinem præfatum nobis & suggestit & persuasit: Dicendum itaq; hæc *prima* in parte (1) Jus hoc esse antiquissimum. (2) Posterioribus Principum constitutionibus in Codice confirmatum; (3) Deniq; Justiniani Novelis dilatatum sive ampliaturum. (4) Nec aliquam iniquitatis causam subesse, ut abrogari mereatur. De Consensu doctis. Jctorum tam Theoreticorum, quàm Practicorum, itemq; de contrariis rationibus, quibus communis error Patronorum usurariorum in contrarium militat *in secunda*, ut dixi, parte agetur. In *postrema* autem parte declarabitur: quibus modis hæc assertio jure vel more legitimo sit circumscripta, aut limitata & restricta.

ARTICVLVS I.

De Juris huius antiquitate & aliquot Pandectarum locis.

Antiquitas huius juris probatur (1) ex Legislative Græcorum.

1. Antiquissimum hoc jus esse, ut usuræ, si sortem æquaverint, ipso jure currere desinant, non tantum suamet assertione testatur gravissimus supremæ Frisiorum Curia senator Johannes Sandæus *lib. 3. tit. 14. de fin. 5.* Sed idem etiam Diodori Siculi *lib. 1. sect. 2.* corroborat testimonio; qui hoc antiquissimam Ægyptiorum lege cautum fuisse asseverat: post Gothofred. ad L. 10. C. de usur. verba auctoris illius descripsit Cujac. 5. obs. 38. τὰς μετὰ συζυγροφῆς δανείσαντας ἐκώλυε διὰ τὸ τὸ κεφάλαιον πλεῖον ποιεῖν ἢ διπλάσιον: Ex interpretatione Poggii Florentini & editione Sebastiani Castalionis, reddita est ea Sententia *lib. 1. part. 2. c. 3. p. m. 36.* hoc modo: Fœnus, quod ex scripto contrahebatur, prohibebat (Scil. Legislator Bochorides) ultra contracti mutui duplum exigi. Laurent. Rhodomannus ita reddidit: pag. 71. C. Fœnerantes per interventum Syngraphæ, ultra duplum per usuram augere sortem vetabat. v. Dn. Schæferus *tr. mox citando. cap. 2. pag. 17. vers. cæterum.*

(2) Romanorum ve-

2. Similia de Lucullo refert Plutarchus, cujus verba Hotom. *in disp. de Usur. cap. 10. recenset*: Malumus enim tantorum virorum

vorum admittente operâ, quàm nostrâ solum inspectione fidem facere: *terum, ut*
 πρῶτον μὲν γὰρ ἐκασὸπῶ ἐκέλευσε, ἢ μὴ πλέον εἰς τὰς τόκους λογιζέσθαι: Lucullio
 δεύτερον δὲ τὰς μακροτέρας τῶ ἀρχαῖς τόκους ἀπέκοψε: loquitur Plu-
 tarchus de adventu Luculli in Asiam, ubi dum à muneribus fe-
 rriatur bellicis, urbibus Asiæ aliquid juris & æquitatis imperti-
 visse memoratur (*verba sunt Interpretis, Hermannii Crusij Icti*)
 Inprimis autem curam in publicanos & fœneratores conver-
 sam fuisse, qui totam provinciam servilem in modum divexa-
 verant: Præcepisse ergò primum, ne cuiquam fas esset ultrà cen-
 tesimam usuram pacisci: Deinde eas usuras, quæ sortem exces-
 sissent, circumduxisse. Tertium & maximum sanxisse, ut ac-
 ciperet creditor debitoris quartam partem proventuum. De-
 nique si quis usuras capiti adjunxisset, huic universum crediti
 exigendi jus periisse. Ita intra quadrienniū omnia nomina dis-
 soluta, & possessiones Dominis liberatas fuisse restitutas. Hæc ex
 Plutarcho referre prolixius libuit, ut appareat remedium hoc
 solenne fuisse Romanis, iis maximè temporibus, quibus debi-
 tores ad incitas redacti fuissent. Et quia præterea *in vers. ter-
 tium*, aliud remedium superius enumeratis haut inconueniens
 continetur. *Laudant huncce locum etiam Duarenus de Usuris cap.
 3. P. Gregor. lib. 22. syntagm. cap. 4. num. 1. & alij.*

3. Atque hoc juris placitum Magistratibus Romanis in Et alio-
 universum assignat Casparus Rodericus. *lib. 3. de annuis Rediti- rum,*
bus, q. 4. num. 23. cum scribit: Magistratus Romanos præ cæte-
 ris vicinis Nationibus fœnus cohibuisse, & leviores tantum u-
 suras tolerasse, ac triplicem usurarum moderationem invenisse:
 (1.) dum excluderent anatocismum. (2.) nec usuras
 passim permetterent. & (3.) vetarent eas exigi ultrà duplum.
*Qui locus (quod obiter annotamus) cum multis alijs ad verbum pe-
 nè descriptus est è doctissimo Molinao de Usur. nu. 40. & seqq.* Cæ-
 terum Balduinus *in Iustiniano*, mavult Imperatori Justiniano
 moderationem hanc & restrictionem imputare, *pag. 92. vers.
 alterum.* Quod nisi de perfectione atque consummatione hu-
 jus juris accipiatur, nequaquam est concedendum. Nam ut
 Gothofr. *ad d. leg. 10. C. de Usuris.* rectè annotavit: Romani et-
 iam veteres vetarunt exigi usuras ultrà duplum, in quo duplo
 Simplum inerat, *v. in fin. th. 6.* ita ut cum usuræ semel ad quan-
 titatem sortis ascendissent, non exigerentur.

An & Augusti Imp^r

4. Licet verò hæc & alia autorum loca (*trahit enim hinc Cujac. §. observ. 38. etiam locum Suetonij, (de quo infra artic. 2. num. 2. dicturi sumus)* commemorantis, Augustum pecuniæ usum gratuitum indulgisse ijs, qui cavere potuissent in duplum,) horum advocari possent; tamen ut ad rem & forum nostrum propius accedamus, nec peregrinos assertionis nostræ testes accersivisse aut emendicasse videamur; satius duximus aliquot loca Pandectarum pro hac sententiâ allegare. *Laudaturi d. artic. 2. num. 1. Virum doctissimum, qui plurima ad eam rem autorum loca contulit.*

Testimonia è certa (1) Ulpiani l. 26. §. 1. de Condict. Indeb. De computatione dupli.

5. Primum autem locum hic meritò occupat testimonium Ulpiani in *L. si non sortem. 26. §. 1. de Condict. Indeb. cujus verba ita habent: Supra duplum usuræ (& usurarum usuræ) nec in stipulatum deduci, nec exigi possunt. Citatur à Gothofr. ad leg. 10. Cod. de usur. & ad Rubr. Novell. 121. à Rittershusio. part. 3. Novell. cap. 9. num. 6. Duplum hic exigendum est ad sortem, cujus summa si per usuras bis fuerit repræsentata, usuræ sistuntur. Quod & Gl. ad hunc locum agnoscit: Sed in eo labitur, quod centesimam usuram intelligit, eamque explicat quæ sorti æqualis est in anno. Fr. Martini de Censib. cap. 1. num. 64. Eod. modo labentem Medinam redarguit Binsfeld. in cap. quia in omnibus. de Usuris. quest. 4. pag. 73. Quod utrumque falsum est; accipienda enim sunt jura non tantum de usuris centesimis (quæ centesimo mense æquant sortem) sed de usuris etiam levioribus atque inferioribus, quales sunt quincunces & semisses; Qualescunque enim fuerint, vetantur tamen hæcenus excrefcere, ut sortem duplo superent. *junge omnino ea quæ in fin. artic. 3. num. ult. explanate & distinctè de computatione ista demonstrantur.* Enimvero quod *Predicatum* legis attinet (*nec in stipulatum deduci, nec exigi possunt:*) prius illud (de prohibita stipulatione) non videtur congruere duplo usurarum, de quo sane in prioribus verbis agit; sed potius anatocismo, de quo postèrius subjectum agit; Nisi dicamus avaros creditores aliquando libentius pecuniam mutuo exposuisse, si perpetuas quis usuras stipularetur. Sed quid fiet de sorte? Non equidem expressè hinc definitur, quod ab ejus etiam obligatione liberetur debitor, qui duplum ejus in usuris solvit; Sed tacitè id tamen indicatur, dum usuras supra duplum solutas repeti posse dicitur; *in verbis d. leg. 25. §. 1. ibi: & solu-**

& soluta repetuntur. Quod dici commodè vix posset, si fors creditori integra maneret. *conf. iterum inf. d. artic. 3. num. ult.* Quamquam & hoc addi possit: Solutionem supernumerariam forti imputandam & summæ ejus detrahendam esse. *Quemadmodum in pr. hujus leg. 26. & in leg. creditor. 102. §. ult. de solution. & alibi definitum est.* Planè ut aliàs quoque, cui concedimus ad repetendum actionem; multò magis largimur ad retinendum exceptionem; *l. 1. §. 4. v. nam cui. de superfic. l. 17. De Eviotion. Wesemb. num. 2. De Except. rei vend.* Et hoc quidem casu ad minuendam fortis refundendæ quantitatem. *Rittersh. d. cap. 9. num. 6. (Vbi tamen hac verba nostro textui præter rem imputat: juberi usuras supra duplum solutas in sortem imputari: Hac enim verba in illo quidem textu non habentur.) Basil. l. 24. t. 6. p. 550.*

6. Dissentit a. ab hac explicatione Zangerus parte 3. c. 25. num. 30. Qui in *Novel. 121.* quidem hoc proponi fatetur, sed non ab Ulpiano in hac leg. Nam cum dicatur usuras *ultra duplum sc. sortis exigi* aut supra *duplum* in stipulationem deduci non posse, aperte significatur, inquit, usque ad *duplum* sortis exigi velin stipulatum deduci posse. Si v. usuræ ad duplum exigi possunt, consequens est, sortem in eo duplo computari non posse, *arg. §. 17. Inst. de Act.* Verùm quia nullibi in D. legitur, usuras usque ad duplum fortis exigi posse, h. e. de centum uncialibus ducentos, salvâ interim sorte: sed potius contrarium, ut ex locis mox allegandis patebit: *v. not. Goth. in leg. 44. verbo ultra duplum de A. E. V.* Rectius pro communi Interpretatione respondebimus; vocem *dupli* in jure sæpenumero rem ipsam sive sortem etiam includere; Sic enim duplum pretij in *leg. 45. de Ædilit. Edict. leg. 48. de Eviot. leg. 48. ad L. Falcid.* legentes, intelligimus pretium quo res venit, & alterum tantum. *Brisson. lib. 4. de V. S. pag. 167. conf. §. 19. 23. 26. 27. l. de Act. leg. un. C. de sentent. quæ pro eo quod interest.* Idem exquisitè docuit Cujac: *tr. 8. ad African: in l. 44. d. A. E. vers. At videamus.* Vbi ait *duplum in jure variè accipi: Aliàs enim duplo inesse rem; aliàs non inesse: Sed duplum adsumi extra rem aut rei pretium.* *Molin. tr. de usur. num. 47. ubi ait: Si cum Budeo statuamus, sortem in duplo hoc non computari: hoc absurdum inde consequi, ut usuris non dupli sed tripli modus præfixus esse videatur.* *Borcholt. cap. ult. de usur. num. 19. Hotom. disput. de usur. c. ult. ibi: dupli stipulatio in altero*

tanto: ut sc. *simplum alterum sortis sit, alterum usurarum. Quod etiã ex formulã pronuntiandi elucescit, quã definiiri solet: daß die verstoffene Zinsen höher nit als die liquidirte Hauptsumã anzunehmen sey.* Fomannus cum Aveman. *disp. inaug. Ienensi de altero tanto th. 9.*

(2) Alterũ testimoni-um Papi-niani; sed dubium, in l. 9. de usur.

7. Alterum testimonium est supremi Jctorum Papiniani, uti vocatur à Cuiac. in *recit. ad l. 19. de iur. fisc.* Imperatoris Septimii Severi intimi, quod testimonium laudat Carpzov. *part. 2. qq. Crimin. 92. n. 42. Berlichius decis. 30. n. 1. & alij, Quem ipse Iustinianus, acutissimum, pulcherrimum, sublimissimum, summiq; ingenij virum nominat, §. 4. Const. de rat. & method. iur. doc. add. l. 1. §. 6. C. de V. I. E. l. 14. C. de Sentent. & interl. l. 3. C. de acquir. poss.* cujus hæc verba ex libro II. *Responsorum* referuntur in l. 9. *de usur.* Pecuniã fœnebris intra diem certo debito non soluto, dupli stipulatum; in altero tanto supra modum legitimæ usuræ, respondi, non tenere, quare pro modo cujuscunque temporis, superfluo detracto stipulatio vires habebit.

8. Proponitur in hoc responso species talis: Debitor mutua centum acceperat, & stipulanti Creditori promiserat, si ea intra annum non solveret atque redderet, ducenta pœnæ nomine daturum: Anno elapso creditor ex stipulatu ducenta petit; debitor illam stipulationem ut illegitimam impugnat; Jctus hanc stipulationem non quidem omninò inutilem, sed partim utilem, partim inutilem pronunciat: nempe pro eã tantum parte, quæ in duplo (id est, in altero tanto, quod in stipulationem deductum est) usuram legitimam, puta centesimam, excedit: Nec pars inutilis, vitiat eam partem quæ est utilis, sive quæ modum legitimum non excedit. *l. placuit 29. de usur.* Itaq; post annum, si maximè debitor non solverit ad diem, ut convenit, non tamen ideò condemnandus erit in ducenta, ne fraus fiat legi Gabinia & constitutionibus, quæ usuris modum definirunt. Sed ex die stipulationis interpositæ, pro modo annorum, quibus debitor cessaverit in sorte solvendâ, tantum debentur usuræ legitimæ: ut puta si triennio cessaverit, usuræ, sive pœnæ nomine, debentur tantum 36. qui finis est legitimæ, id est, centesimæ usuræ. *conf. Basilic. lib. 23. tit. 3. p. 415.*

9. Hæc cum planissima sit istius loci sententia, quam potissimum M. Cujacii verbis exprimere & declarare voluimus, cuius apparet deceptos esse Dd. verbis, in *altero tanto*: ut & hic de usu-

de usuris supra duplum non solvendis, agi putarent: cum tamē hīc alterum illud tantum non sit usurarum singularum annuatim præstandarum, sed centum num. pœnæ nomine unâ sumâ exsolvendorum. Quemadmodū hæc Papiniani sententia clarissimè refertur ab Ulpiano *in l. 13. §. ibidem Papinianus 26. de A. V. E.* Ne itaq; bonam causam, inepto testimonio dedecoremus, Hanc Dd allégationem meritò deserimus. v. *Bodin. 6. de Rep. 2. p. m. 1040. Hotton. d. disp. de usur. c. ult.*

10. Magis ad rem facit ejusdem Papiniani responsum *Certius e- in lib. 3. Resp. quod refertur in l. 4. §. I. de Nautic. Fœn. in quo jusdem Pa- interpretando acumen ingenii sui exercere voluit Cl. Salmaf. piniani te- lib. de modo usurar. cap. 9. pag. 347. scribens, legis hujus, (quæ ha- stimoniū in l. 4. §. I. de Nautic. fœn. stenens inexplicabilis visa fuerit acutissimis Jctis,) hunc esse sensum: ut creditor propter periculum, quod susciperet, qui ser- vum κερμακόλεδον navigationi pecuniæ trajectitiæ gratia adjun- geret, præter æstimationem operarum, duplicem etiam centesimam usuræ nomine in fine navigationis, licitè posset exigere. Usuram, inquam, usq; ad duplum centesimæ & non ultra, ejus summæ, quam in fine navigationis æstimatio operarum servi, in singulos dies in stipulationem deductarum, collecta effecisset & debitor reddere debuisset. Intelligendum autem esse in d. textu sub verbo *Finis*, finem navigationis: Nisi verum fuerit, ita scripsisse etiam Papinianum: Tribonianum autem vocem navigationis sustulisse, ut alium huic loco sensum accommodaret, certe *ad Finem*, pro *in Fine*, accipiendum esse. Duplum autem centesima non posse aliter capi, nisi de duplici centesimâ. Hæc Salmasius.*

11. Quanquam autem fateamur, cum Duareno, subob- scurum esse hunc locum, & varias interpretationes subiisse: v. *Cujus in- Anton. Augustini. 1. Emendat. 9. Duaren. de nautic. fœnor. p. 1002. terpreta- col. 2. Cuiac. ad Paul. 2. sentent. 14. Alciat. 1. parerg. 32. Si quis ta- tio diffici- men adhibeat observationem 38. Cujacii, è lib. 5. (quam Salma- lis, sium hīc adhibuisse penè ex verbis ejus liquet: ut sanè infinita ex observationum & cæteris libris, autore plerumq; suppresso, descripsit.) & clariorem expositionem in lib. 3. Respons. Papin. pag. m. 158. utique bonâ fide distiteri non poterit, quin Dd. nostri ita hunc quoque nodum explicaverint, ut ex aliorum Scholis oracula petere nequaquam habeamus necesse, quæ uti- que ni-*

à Cujacio que nimis quam sæpè autores suos eludunt. Etenim Negotia-
 tamen per- tori trans mare navigaturo, fœnerator quispiam mutuam pe-
 spicua red- cuniam dederat, quâ navem instrueret, vel merces compararet,
 dita, eâ L. ut si naufragium fecisset, nihil redderet: Hoc onus, rece-
 pti periculi, compensabat cum usuris, quas contra sibi pacisci
 & cavere poterat maximas, in hunc casum, si navis salva ad por-
 tum appulisset. In præsentem autem speciem fœnerator susceperat
 periculum navigationis non in universum atque infinitum, ad
 reditum usque; (quod hodiè vocant assecurare. *Stracha de assecu-
 rat. præfat. Filliucius tr. 37. qq. moral. c. 3. Martin. Bonacina tom. 2.
 moralis Theolog. fol. 854. n. 1. & seqq. Rutgers. Ruland in consil. cui
 titulus: Erledigung einer schweren in assecuration sachen vorge-
 fallener frage. Cl. Dom. D. Schragius noster disput. inaugural. Gifan.
 ad l. 26. §. 1. C. de usur. pag. 281.*) Sed tantum ad certum diem vel
 locum v. g. Româ in portum Salonæ, exemplo l. pen. C. de Nautic.
 fœn. vel Berito usque Brentesium, exemplo l. qui Romæ 122. §. 1.
 de V. O. conf. Samuel. Petitum ad LL. Atticas. pag. 406. Stipulatusq;
 fuerat, ut simulatq; navis salva in portum illum Salonensem
 delata fuisset, pecunia fœnebris sibi Salonæ solveretur cum
 usuris gravissimis: (in diem enim præfinitum periculo, creditor
 plerumq; immensam pecuniam stipulabatur: post eum diem non
 nisi centesimam in menses singulos. *Cuiac. d. lib. 5. observ. 38.* vel
 si leviolem, pœnalis subiciebatur stipulatio, quâ illa suppleba-
 tur) Miserat autem simul servum *κερμανόλιδον* ut Græci voca-
 bant (quod longè ante *Salmasium* annotavit *Cuiac. d. loc.*) id est, de-
 stinatum, prosequendæ pecuniæ nauticæ gr. quam nave suo die
 in portum salvâ delatâ, cum usuris exigeret: Deinde & in al-
 terum casum, si debitor eam pecuniam tardius solvisset, stipu-
 latus fuerat certam pecuniam in dies singulos, exemplo l. traje-
 ditus, 23. de O. & A. & d. l. 122. §. *Callimachus. 1. de V. O.* idq; pro o-
 peris & sumptibus servi simul cum debitore navigantis, quibus
 diatim stipulator cariturus erat, propter moram debitoris, d. l.
 23. Hæc stipulatio pro operis, quia confertur in tempus, quo
 periculum navigationis jam discussum sit, non potest finem ex-
 cedere centesimæ, quæ legitima usura erat. Non etiam potest ex-
 cedere finem dupli, hoc est, non potest major sorte esse altero
 tanto: quia uti d. stipulatio in id tempus confertur, quo pericu-
 lum desit creditoris esse, h. e. post diem periculi: ut jam non
 possit

possit deberi nisi centesima : quæ est communis usura & intra
duplum. *Cuiac. ad d.l. 4. §. 1.*

12. Ex hoc ergò textu etiam colligunt Dd. ne nauti-
cam quidem usuram ultra duplum deberi. *Duaren. d.lo.* (quæ &
Raguelis sententia est *ad l. 27. C. de Usur. inf. p. 254.* & proba-
tur in *l. 26. §. 1. C. de Usur.*

Q. An
hunc mo-
dum olim
in usuris
trajectitiis
excedere
licuerit;

Nam juxta tra-
ditionem ipsi⁹
Imperatoris, in-
quit,

{ Id erat LL. veteribus concessum, quod ipse emenda-
vit.
Atqui ipse hoc tantum emendavit, ne usuræ nauticæ
ultra quantitatem centesimæ producerentur.
E. Veteribus LL. hoc tantum concessum fuit; non
etiam ut terminum dupli excederent.)

N. Dd.

Simplum nimirum sortis, & alterum tantum usurarum nomi-
ne: & hunc modum nec ob operas servi hujus, trajectitiæ cau-
sâ submissi, excedere cuiquam fas esse *C. I. A. d. lo. Cuiac. tamen d. A.*
observ. 38. quamdiu periculum duraret, & supra centesimam &
supra duplum usuras deberi contendit. Idemq; repetit in *Papin.*
ad d.l. 4. pr. & in Comment. ad l. 10. C. de usur. ubi ait: malè *ex hoc §.*
1. colligi, quasi idem obtineat in nauticâ usurâ, quod aliàs circa
duplum est constitutum: Siquidem in *eo §.* pœna, ob operas
servi, nauticæ sortis gr. secuti, deducta sit in stipulationem, post
diem periculi suscepti. Itaque desuisse pecuniam esse nauticam
finito periculo: Atque ob id usuram ejus pecuniæ non excede-
re duplum aut centesimam. At ipsam usuram nauticam ex-
cesisse duplum: fuisse enim immensam. *add. tr. 8. ad African. l. 44.*
de A. E. ubi scribit, usuræ modum duplicem esse; centesimam & du-
plum, Neutrum servari in traiectitiâ pecuniâ. Idem *Cujac. præ-*
allegat. observat. loco, docet, hoc quod *Papinianus* ait de centesi-
ma, non esse ex jure novo, quod cum *Duareno* etiam vult. *C. A. d.*
th. 3. Sed generale merumq; jus vetus esse, Borcholt. disp. de usur. th. 19.
p. 444. quo post diem periculi, non nisi centesimam in menses
singulos licebat stipulari. Sanè hodiè ex constitutione *Justinia-*
ni, eum qui credit pecuniam suo periculo, non posse sibi usuras
centesimis majores cavere, ipsemet *Cujac. in Papin. d. lo.* agno-
scit: adeoque nec ultra duplum. Nam usuræ quæ accipiunt
taxationem certam, puta finem centesimæ vel bessis vel semis-
sis usuræ, semper etiam duplo finiuntur, ne altero tanto am-
plius forte inferantur, aut debeantur; Sed ubi sortem æquave-
rint,

Ius novū.

E

rint,

34 ARTIC. I. DE JUR. HUI. ANTIQ. & EXPLIC.

rint, quod deinde usuris supernumeratur, imputatur in sortem, minuit sortem, deducitur ex sorte. Uti Cujac. d. l. ad Papin. ratiocinatur & nos porro demonstratum imus.

Aliud Papi-
niani con-
tra excessū
alteri tā-
ti, testimo-
nium ex l.
13. §. 26. de
A. E. V.

13. Quicquid autem fuerit de usuris nauticis: (de quibus *inf. part. ult. artic. 4*) hoc jam satis probatum est, Papiniani a-
te ultra alterum tantum usuras non cucurrisse. Quod alius quo-
que Papiniani locus manifestat, qui habetur in *L. Iulianus. 13. §.*
bidem Papinianus. 26. de A. E. V. ex quo textu Cujac. *ad l. 10. C. de*
13. §. 26. de usur. evincere conatur idem observatum fuisse in pœnâ quæ vi-
ce usurarum soleret inferri: quod & jam supra *ex l. 9. de usur.*
comprobatum est. In cujus explicatione cum versaretur idem
Cujac *lib. XI. Respons. Papiniani*, idem utroque loco respondi-
Papinianum docet: Nempè si convenerit, ut ad diem pretio
non soluto, venditori duplum præstaretur: in fraudem legum,
(quæ usuris modum fecerint,) videri adjectum, quod legitimam
usuram excedit; Et quod ad excessum illum attinet, inanem
conventionem esse: *l. 44. D. & l. 15. C. de Usur.* Longèque aliam
rationem esse pactionis sive legis Comissoriae (puta ut ad diem
pretio non soluto res fiat inempta, non ut duplum præstetur)
Quia hoc modo fœnus illicitum non contrahatur, ut superiore:
Sed lex tantum justa dicatur venditioni, ut si non solvat em-
ptor venditori pretium ad conditum diem, res ad venditorem
revertatur: In quâ conventionem nulla sit fœnoris species.

(3) Testi-
monium
Africani,
in l. 44. de
A. E. V.

14. Sed & ex Africano adduci solet *l. cum & forte. 44. de A.*
E. Ubi dicitur, periculum Evictionis venditorem ultra duplum
subire non debere. Cum enim actio ex emto detur in id, quod
ex b. f. dari oportet: Non oportet venditorem ultra duplum pe-
riculum præstare, inquit Cuiac. *ad Afric. tr. 8. ad d. l. 44.* Utputa
si pretium Emptionis fuerit decem, non debet interesse excede-
re viginti. *Idem Cuiac. lib. 5. quæst. Pauli ad l. 43. d. r.* Nimia enim
resecantur b. f. iudicio: At verò quod duplum excedit, nimium
id certè est. Et ita Justinianus generaliter definit in casibus,
quibus agitur de re certâ. *Ita idem Cuiac. scr. ad Afric. d. lo.* Quod
tamen cum hac limitatione accipiendum: nisi aliud convene-
rit; Nam admitti etiam tripli vel quadrupli conventionem
constat *ex l. si dictum 56. de Evict. l. si curator. 5. de jur. Fisc. C. A. de*
Evict. th. 13. n. 8.

Et quate-

15. Hoc ergò ex *d. l. 44.* probatur: duplum, fuisse modum
civi-

civilem, etiam in actione emti. Unde stipulatio duplæ assidua nus illud dicitur in l. 31. §. 20. de Aedil. Edict. Quemadmodum in stipulatione probet. ne iudicio sisti, (quæ etiam in id quod interest concipitur) statutus & civilis modus est duplum: admittitur tamen conventio supra statutum modum. l. 4. §. ult. Si quis caut. Quibus rationibus motus Imp. Ant. in l. 10. C. de usur. constituit, ut usuræ, quarum civilis modus duplum erat, ex conventionem supra duplum aliquando solutæ (nempè pluribus pensionibus & per diversa tempora, ut postea dicemus) non proficiant reo ad dupli computationem: Vultq; tum demum ultra sortis summam usuras non esse exigendas, quoties tempore solutionis summa usurarum eam computationem excesserit.

16. Ad eundem modum huc etiam referri potest respō. Itemque sum Neratii in l. cum fundus 48. de Evid. quod ex modo dictis faci- Pauli in l. lem interpretationem recipit. Neq; alio sensu illud adductum 46. de V. O. velim. Eodemq; trahit Cujac. verba Pauli in l. 41. de V. O. ubi allegat l. centesimis 46. eod. notandum esse ait, quod de stipulatione in centesimas kalendas concepta exemplum ponat. notandum, inquam, in eum diem stipulationem frustra non fieri. Nam cum centesima esset usura legitima, & æquaret sortem centesimis kalendis, quæ adæquatæ usurarum ratio finitur l. 26. §. 1. de condict. indeb. Ideo eum, qui stipulatur kalendis centesimis, extremum usura legitime finem, quem ultra progredi non licet, spectare: Et quod dicitur, utiliter stipulatum, eo ostendi, etiam ante centesimum mensem rectè solvi.

17. Superest alius locus ex libris sententiarum Pauli Nec non (seu potius ex fragmentis illorum librorum v. Goth. ad inscript. lib. 2. sent. l. 10. ut in possess. legat. Aded enim ab Epitomatore deformatas sent. tit. 14. censet Contius lib. 1. subseciv. lection. 4. n. 5. Pauli sententias, ut si cum his, quæ in Pandectis receptæ sunt, ex iisdem libris conferantur, diversæ omnino appareant. conf. Hillig. 26. D. E. cap. 2. lit. a.) quo Anianus (Codicis Theodosiani, sub Alarico, editor & interpret v. inf. part. 2. artic. 2. §. 6. cui Cujac. lo. mox assignando, etiam interpretationes Pauli sententiis subjectas, acceptas fert) item dici arbitratur: Lib. 2. sentent. tit. 14. §. 1. Verba Pauli sic habent: Usuræ supra centesimam solutæ, sortem minuunt; & consumpta sorte, repeti possunt. Ea vetus interpret (Anianus, sive quis alius fuerit,) sic accipit & interpretatur: In pecunijs creditis, cum solutio usurarum sortem æquaverit, si quid amplius credito-

ri datum fuerit, de capite debiti subtrahitur: Si vero & centesima & caput impletum est; quod amplius creditor accepit, reddere cogitur debitori. Haec Anianus. Eoq; sensu Paulum etiam exaudivit Dn. Gothofredus in not. ad l. 26. §. 1. de condict. indeb. Potest pro Aniani sententia adduci & hoc argumentum, quod in eod. tit. §. 3. similis sententia in hæc verba subjicitur: Usuræ, quæ centesimam excedunt, per errorem solutæ, repeti possunt. Quæ sententiæ, ne idem tautologice efferant, à subjecto potius quam à prædicatis discernendæ videntur. Notum enim est, duplicem esse usurarum modum: quorum Alius quantitatem determinat, alius procursum & durationem v. sup. th. 12. Itaque prior sententia ad procursum & durationem; posterior ad quantitatem initio constitutam commodè referretur: Maximè, cum in prior sententia diserte agatur, de usuris jam solutis & sorte consumta.

18. Ceterum Cujac. in comment. ad dict. tit. 14. §. 1. Sententiarum Pauli, negat Paulum eo loco id velle: Sed illud potius: si usuræ supra centesimam (adeoq; ultra legitimum & licitum modum) ab initio in stipulatum deductæ & solutæ fuerint; non repeti eas quidem, sed in sortem imputari; quod si sortem expleverint: tum demum repeti, quasi indebitas. Posteriores autem sententiam in §. 3. sic exponit: Usuræ majores centesima, per errorem solutæ, repetuntur: Si fors vel ante vel simul soluta sit. Adeoque Cujac. differentiam horum duorum §§. quærit & constituit, in solvendi modo: Ut intersit an à sciente, an per errorem solutæ sint: Ut prior casu, si à sciente solutæ sint, ante sortem redditam, non condici, sed in sortem imputari debeant: Si autem per errorem fuerint solutæ (ante sortem vel simul cum sorte) condici omnino possint.

19. Et sanè cum centesima regulariter modum quantitatis ab initio definitæ designet: modus autem procursum & durationis plerumq; voce dupli adjecta denotetur, v. sup. art. 12. & inf. art. 3. th. ult. Non est quod in hoc loco pedem figamus, aut fundamentum præfracte constituamus, cum alia clariora loca, superius inducta, Consultorum sententiam abunde patefecerint. Sane modum legitimum (in genere dicendo) Paulum sedulo inculcasse, alius quoque locus ex eodem lib. 2. sententiarum petitus, docet; cujus fragmentum habes in l. cum debitor 8. in quib. caus. pign. vel. hypoth.

Consultatio Academica
DE
JUSTITIA ET Æ-
QVITATE IVRIS IVSTI-
NIANEI CIRCA MODUM USU-
RARVM, ALTERO TANTO
DETERMINATVM;

I. N. D. N. J. C.

PRÆSIDE

DN. JOH. OTTONE TABORE
JCTO CELEBERRIMO, ANTECESSO-
RE IN ACADEMIA ARGENT. FLORENTISSI-
MA CODICIS ET FEUDALIUM PLACITORUM PROFESSORE ME-
RITISSIMO, JURIDICÆ FACULTATIS SENIORE, PATRONO
ET FAUTORE MAXIMO, OBSEQVIOSO CULTU
ÆTATEM VENERANDO.

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI
EXPOSITA,

à

BERNHARDO ZÆCH Augustano.

IN AUDITORIO NOVO

D. 7. MENS. NOVEMBRIS. M DC L.
Horis solitis.



ARGENTORATI,

Typis Hæredum JOHANNIS ANDREÆ.

DE
LITTE
QUIA
MOM
TANTO
DE

Publico
DNI
TOTO
RE IN
IN CO
MATER
PUBLICO ERUDITORUM EXAMIN
EXPOSITA

BERNHARDO
IN AUDITORIO NOVO
M D C C



Ad

DN. RESPONDENTEM.

Nonne magnum stirpe natum
Esse nobili, ZEHE?
Nonne majus dum paternum
Nomen auges & decus?
Nonne maximum dum asylum
Juris audis? Maximum est.

Johannes Jacobus Wiegner/
J. U. Doctorandus.

Alterius Tanti naturam dum peracute
Differis, è Themidos fontibus, atq; doces:
Inde Tibi tantas opto contingere laudes,
Quantis Te dignum hac sedulitate probas.

Nob. & Præstantissimi Dn. Respondentis
laudabiles in Studiis conatus fau-
sto hoc omine prosequitur.

Fridericus Rentzius.

Artibus ingenuis instructus pulpita scandis
Doctorum, magna non sine laude Tua.

Decla-

*Declarans cunctis, Themidos Te castra secutum,
Rectius ut Iuris consolidetur opus,
Maeste animo claro splendebis dignus honore
Atque feres studio praemia digna Tuo*

No. Dn. Bernhardo Zæchio Cognato
suo suavissimo paucam hac gra-
tulationis ergò
scrib.

Carolus Sulzer/
August-Vind.

ET Genere & Studiis præcellis; Stemmate clarus,
Doctus at ingenio, Dulcis Amice, tuo.
Quam bene sub tanto Tu Præsidente lumine mentis
Clarius illustras Teq; Tuumq; Genus,
Quam bene conjungis quæ conjungenda precamur;
Trigapotens, Virtus, Nobilitas, Studium.
Iam Tibi surget honos, Tua quem conjunctio felix.
Haud sine jure suo postulat atque petit.
Gratulor hinc paucis his de conamine tanto,
Publicus hic labor est, publicus adsit honor

Hæc rudi Minerva, at singularis
affectus testandi gratia scr.

M. Michael Heuß/
SS. Th. St.

F I N I S.

DE
 CONSTITUTIONIBVS PRINCIPIVM,
 MAXIME POSTERIORVM, QVI MODVM
 VSVRARVM AD ALTERVM TANTVM RESTRI-
 CTVM ITERATIS SANCTIONIBVS ADPROBARVNT
 ET CLARIVS DEFINIVERVNT.



Actum ageremus, dictumq; diceremus, si an-
 tiquiorum Pp. placita ex historicis hinc allega-
 remus: quanquam id ad aliorum quoq; cu-
 ram pertinet, quorum messem demetere no-
 lumus, v. *Dn. Iohannis Schefferi Agrippam libe-
 ratorem s. dissertationem de novis tabulis Anno
 1645. editum: in primis c. 2. pag. 17. & seqq.*

quia tamen Cujac. noster s. *observ. 38.* ex Suetonio, Augusti
 Imp. placitum etiam horum allegat, non gravabimur Sueto-
 nium inspicere. Intelligit autem Cujacius, ut putamus, ca-
 put 41. quod incipit *liberalitatem*: Ubi hæc verba habentur:
*Quoties ex damnatorum bonis pecunia superflueret, usum eius gra-
 tuitum, iis qui cavere in duplum possent, ad certum tempus indulsit.*
 Ad quem locum notavit Casaubonus *in Comment.* Hunc tex-
 tum explicare Jctissimum Cujac. s. *obs. 38.* Itaque iudicio Ca-
 sauboni, Cujac. rectè censuit, scil. ab Augusto cautionem dupli-
 idè exactam fuisse, quia hætenus usuræ currere potuerint. Et
 hanc conjecturam suam denuò inculcat Cujac. *in Comment. ad l.*
*constitutionibus 20. C. de usur. in f. his verbis: Maximè de hoc duplo pu-
 to intelligendum quod de Augusto dicit Suetonius: iis qui in duplum
 cavere potuissent, Augustum pecuniam dedisse gratuitam.* Beroaldus
ad eund. lo. satis habet exemplum apposuisse tale, v. g. Augustus
 illis indulgebat ex bonis damnatorum mille *ἀνείκοις*, qui in duo
 millia cavere potuissent. Sabellicus ita *ἀεραπέζες*: Qui cavere
 in duplum possent: id est, qui *διπλάσια* plura possiderent, quàm
 acciperent, aut certè *διπλάσια* prædibus caverent: Ne pecuniæ
 fors fisco deperiret. Ecce rationem aliam & simplicem, à
 cautionis abundantia petitam. Torrentius, Pulmannus, Egna-
 tius, Loätus, Glareanus, F. Ursinus, & alii hinc planè silent: nec
 ipse Lipsius quidquam movet.

2. At Tacitus hoc idem Tiberio tribuit *lib. 6. annal. c. 17.*

E

n. 5.

n. 5. ibi: Cæsar, disposito per mensas millies sestertio, factâq; mutuandi copiâ sine usuris per triennium, si debitor populo in duplum prædiis cavisset. Alexander ab Alexandro *lib. 1. gen. dier.* 7. Conciliationis modum iniit, hæc referens itis propè verbis: Divus deinde *Cæsar*, inquit, etiam certum modum credendi præfinivit. *Tiberius* verò ut fœnus tolleretur omninò, disposito per mensas millies sestertio, cavit, ut singulis facultas creditum accipiendi fieret, in triennium sine usuris, si debitor in duplum populo cavisset. Quæ sanè ipsissima Taciti verba sunt. Neq; tamen mysterium aliquod in duplo illo quærit Tiraquellus: Nempe quia gratuitum, nullum ad usuras respectum admittit, quemadmodum nec illud, quod ad certum duntaxat tempus indulgetur, ad alterum tantum exurgere potest.

3. Dio *lib. 57.* posteriorem locum simpliciter his verbis retulit: Rem fœnebrem moderatum fuisse Augustum, ac millies HS. gratuitò proposuisse, ut ex eâ pecuniâ Senatores in tres annos sine usurâ, quod opus esset, mutuò darent. Cui parallela videtur narratio ap. Sueton. *in Tiber. cap. 48. ibi*: Munificentiam exhibuit, proposito millies HS. gratuitò in triennii tempus. Et subjicit deinde Tiberium Scto sanxisse, ut fœneratores duas patrimonii partes in solo collocarent: debitores autem totidem æris alieni statim solverent. Quis autem hîc de respectu ad alterum tantum habito, aliquid arguetur? Præstat ergò Sabellici interpretationem præferre, nec nodum in scirpo quærendo, veritatem incertis argumentis obfuscare & suspectam reddere: Maximè cum & Bodinus *lib. 6. de Republ. c. 2. fol. 665.* hanc rationem duplariæ cautionis exactæ supponat: quia debitores coacti fuerint promittere: se duplum reddituros, nisi stato die petitam pecuniâ in arariû inferrent. Quod tamen suo loco relinquitur.

4. Certe posteriorum Imp. Constitutiones de hâc re plusquam manifestæ sunt, & sæpius repetitæ atq; inculcatæ. Utenim boni Principes occasum salutares leges mortalium pertinaciæ iteratis sanctionibus injungendi, non tantum oblatam libenter amplectuntur, sed etiam captant. quemadmodum de seipsis hanc prothymiam efferunt Honorius & Theodosius *in l. 26. C. Th. de Judæis & calicol.* nec pœnitet eos sæpius recta admonuisse *l. 19. C. Th. d. t. l. Apostatarum. 4. C. de Apostat. l. 53. §. 1. C. de Episcop. & cleric. Novell. 4. & Novell. 114. pr.* Ita hâc etiam in parte, exorbitantes fœneratorum excessus repetitâ legumlatione ad carceres honesti & æqui multoties revocârunt. 5.

EXCEPTIONEM ALTERIUS TANTI FIRMANTIB. 39

5. Atque ut peregrina omittamus, occurrit hâc de re, *L. 10. C. de prima in Codice Justiniano Constitutio Imp. Antonini in l. 10. C. de C. de usur.* Quæ licet quadantenus derogare superiori legislationi videatur, digna tamen est, quæ hîc & referatur, & explicetur: partim quia in nonnullis provinciis videtur in usum revocata esse & prælata juri novissimo *v. omnino part. 2. art. 6. th. 3. & part. 3. sect. 2.* partim quia varias & penè sinistras patitur interpretationes: Est enim non per se & connata quadam obscuritate; verum diversis autorum sententiis facta difficilior, ita ut Duarenus ejus thematis interpretationem aggressurus, hâc *responsum* auditores suos excitaverit: Hoc caput est difficilimū idè attendite, *in Comment. de usuris & fructib. c. 3. p. m. 1000. lit. B.* Verba legis (nam & illa in disputationem vocantur) ita habent: *Idem A. Donato: usura per tempora soluta, non proficiunt reo ad dupli computationem.* [Charondas & Pacius notant, alibi scriptum esse, *compensationem*: sed quia ista vox in fine h. l. denudò repetitur, hæc meritò fuit prælata: maximè cum Obrechtianus noster & alii MSS. eam vocem disertè exprimant: certè aliud illa designare non debeat.] *Tunc n. ultra sortis summam usura non exiguntur:* [Ita negativè legunt cum Gothofredo, Pacius, Charondas & pleriq; recentiores, cum in aliis exemplaribus, negationis particula sublata esset: quod rem omnem tenebris involuisse, scribit Alciatus *1. parerg. 33.* Verum Donellus *in Comment. C. ad h. l. 10. n. 3.* parum referre ait, affirmativè an negativè legamus; dummodo negativam ad *jus*, affirmativam ad *factum* referamus: Nam quid dicit usuras ultra duplum non exigi: Is, inquit, apertè *jus* refert, quo illud cautum est. Qui autem dicit usuras supra duplum sortis exigi: Is *factum* refert, sed id factum quod statim intelligitur esse contra legem. Hæc Donellus. In quâ sententiâ etiam fuit Duarenus, *de usur. c. 3.* ubi scribit: se utramq; sententiam defendere solitum, ut veram & menti Jurisconsultorum consentaneam. Utiq; Obrechtianus hîc iterum clarissimè habet: *non exigantur.*] *quoties tempore solutionis summa usurarum excedit eam* [Charondas & Pacius monent, alibi addi vocem dupli, quæ explicationis causa adjecta videri potest.] *computationem.*

6. Continet autem hæc constitutio emendationem juris veteris; & sanctionem juris novi. Nam cum lex vetus usuras
Resolutio.
ultra.

ultra duplum sortis exigi vetaret, *ut supra ostensum est*: Idq; ab omnibus passim, indifferenter, intelligeretur, siue usurq; per partes solutæ essent, siue per reliquationem debitoris in eam summam coaluissent: Imp. Antoninus in gratiam fœneratorum cœsuis, legem eam debitori, qui per statuta tempora usuras solvebat, proficere non debere; Tunc autem, ex suâ sanctione & interpretatione, hanc exceptionem reo prodesse debere, si tempore solutionis summa usurarum dupli computationem excefferit.

7. Autor hujus L. non omninò certus est; si quid tamen conjectari licet, ex collatione inscriptionis *l. 2. C. b. t. & seqq. usq; ad l. 6.* verisimile videtur, esse eam ex machæra Antonini Caracallæ, qui sc. cum patre Severo primum, deinde, occiso fratre, solus rerum est potitus. Hujus enim legislationem *in l. 12.* statim subsequitur Alexander. Juvat eam conjecturam, quod Caracalla iste, aded ad iniquitatem monetariam inclinasse, fertur, ut non dubitaverit adulterinam monetam cudere. Et ut vivo Papiniano priores, ita hanc posteriorem, eo jam è vivis sublato, promulgasse videtur. Sanè quæ de Antonino Pio apud Spartianum leguntur & à Bodino *d. lib. 6. c. 2. n. 665.* referuntur, huic loci non quadrant. Memoratur enim & privatorum inopiæ & ærario civitatis cavisse, cum pecuniæ publicæ maximam partem sub trientibus usuris daret iis, qui prædibus ac prædiis Reipub. caverent, se & sortem & usuras, cum peterentur, reddituros; Cujus exemplo Alexander Severus ærarium dirutum restituerit. Relinquitur ergò, ab illo autore, h. e. à Caracallâ, (qui rarò jus dixisse, legitur, interdum benè potus,) correctoriam hanc (quod benè notandum) constitutionem manasse. Nec meliorem opinionem ei imbuerit, quisquis Antonino Heliogabolo eam adscripserit: nempe illi, qui Ulpianum ipsum urbe ejecit & profligavit.

Summa,

8. Cæterum hanc constitutionem Dd. antiquiores non rectè videntur accepisse. Nam & in summaria & casuali, siue explanatâ & diductâ interpretatione, alienam ipsi mentem affinxere. Quæ deliratio à rectâ viâ cum maximo errori occasionem præbuerit, diligentius est castiganda. Summam ejus Castrensis *ex Gl. & Bartol.* hanc constituit. Quod dicitur usuras non excedere debere duplum: id de usurâ unius anni intelligendum, non plurium. Odofredus convenientem huic summæ casum

casum finxit : Ponamus, inquit, quod ego mutuavi tibi 100. & stipulatus sum 20. de quolibet anno : In sex annis illa centum faciunt alia centum & 20. nunquid potes dicere quod excedit duplum fortis? Certè non, quoniam duplum fortis non excedit usuras, habito respectu ad annum unum : Sed ad plures sic. Et in not. ad verbum *Computationem* : subaudi, habito respectu ad unum annum : non ad plures.

9. Dicas interpretes istos cum Caracallâ fuisse in Symposio, & ex eo etiam num madere : Ita enim loquuntur temulenter, non intelligentes rationem usurarum centesimarum. *Vt Placentinus & Acc. loquuntur de Iustiniano liberius disponente, apud Gothof. ad l. 1. C. si quis ignorans. lit. M.* Nimirum Romani non solebant usuras stipulari aut pendere (regulariter) in singulos dies, aut in singulos annos (ut in l. 17. de usur.) sed mediâ quâdam ratione utendo, in singulas calendas, id est, in primum cuiusq; mensis diem (unde calendarium dicitur pro libro rationum in quem hæ usuræ referuntur, post ceteros *Garsias de expens. c. 18. n. 17.*) Ergò centesima usura in anno efficiebat duodecim : quia in anno insunt duodecim menses. *Donellus ad l. eos. 26. §. 1. C. h. n. 3. Mornacius ad l. 10. C. eod. in fin. Add. Cuiac. ad rubr. C. de usur. in f. ibi. Usura singulis mensibus infertur, & inde nomen kalendarij : inde fœneratores, menstrui exactores - & menses usurarum parentes : (μῆνες τῶν κατέρες) apud Basilium. Ambros. in Tobia. Iterum in Paulo lib. 3. qq. ad l. 40. de reb. cred. pag. m. 1017. D. ibi : usura centesima, est usura menstrua, i. e. quæ in centenos, quot mensibus reddit singulos : quotannis duodenos : ut apud Plautum in Epidico, act. 1. scen. 1. : in dies minasq; argenti singulas fœnore, inquit, accepi : s. in dies 30. quæ est centesima usura. ut in l. si ita quis promisit. 135. pr. de V. O. i. e. in menses singulos. Nam ut Mathematici : ita & Jcti in dinumeratione temporum omnes menses facimus 30. dierum. prolixè & eleganter *Wes. in C. C. de usur. n. 5. & seqq. Binsfeld. in cap. quia in omnibus. 3. De Usur. quest. 4. pag. 72. Dn. D. Fransk. 2. resolut. 10. n. 3. & seqq.* Inconveniens ergò est casuatio Odofredi, quæ 20. usurarum nomine conventa fingit : cum fingendæ sint legitimæ : Inconveniens etiam illud, respectum ad unum tantum annum habendum, non ad plures : Cum omninò ad totidem annos respectus habendus sit, quot desiderantur ad dupli exæquationem.*

42. PART. I. ART. II. DE CONSTITUT. PP.

10. Quamobrem recentiores spretâ isthâc intemperie, longè aliam summam & casum, feliceiore etiam successu substituere summam invenies apud Alciatum 1. *Parerg.* 33. talem: Ostenditur verbis hujus legis: In dupli rationem usuras solutas non cõputari: Sed eas solùm quæ in præsentia petuntur. Etiam aliter ex *Pactij Anal Cod. h. t. n. 10. vers. 3.* dicere poteris: Usuras diversis vicibus solutas, non imputari in duplum, (subaudi, vult Antoninus.) Donellus *n. 2. in fin. ita:* In duplo usurarum, per tẽpora solutas, non computari: sed computari tantum solvendas.

11. Casum Garfias, veram calendarii rationem utcunq; edoctus, infeliciter tamen huic legi substituit *d. c. 19. n. 16.* Fœneratores, inquit, si toto anno ad unicam usuram mutuassent pecuniam, duplum excedere non poterant: distributa verò solutione integra, in singulos menses, h. e. in singulas calendas, excedebant duplum. Infeliciter inquam (1) quia non 8. anni, nedum unus annus, duplum sortis æquant: nec exæquatio simpli sortis exclusive hic intelligitur, sed inclusive cum simplo sortis. (2) quia Imp. rationẽ suã distinctionis non tam in sumã ponit, quam in temporibus solutionis & reliquationis: ut exceptione alterius tanti per eum gaudere non debeat, qui usuras per tempora non solvit, sed reliquatus est: Er hat die Zinsen so hoch auffschwõllen lassen / daß sie das alterum tantum erreicht. Et quia vir tantus, alterius tanti definitionem non intellexit, dicamus sane hic intelligendam esse, ad sortem mutuò datam, talem tantamq; qualis & quanta est fors ipsa, accessionem. *Dn. Avemantum Dn. Fomanno, in posit. inaug. de altero tanto posit. 4.* Quam frustra carpit auctor thesium de altero tanto Anno 1646. pro gradu B. propositarum th. 13. Accessio enim non minus rectè pro genere adhibetur; quo & arrha & pignus suo modo dicatur mutui accessio. l. 12. C. eod. Siquidem hæc generis virtus est, ut definito latius pateat. Nec dubium cuiquam fieri potest, unam tantum accessionem à definitore intelligi, cum id in verbis seqq. liquido indicetur atque determinetur. Sed nugæ illæ refutationem non magis merentur, quam admissionem illius definitionis substitutio, qua alterum tantum brevius se descripturum Dom. Licent. pollicetur: Exæquationem sortis eadem quantitate & qualitate. Siquidem ñ alterum tantum, non est exæquatio ipsa: sed accessio exæquans.

12. Dua-

12. Duarenus casum dicto cap. 3. bis expressit, his verbis: Casuatio
Duarenis
 Quidam stipulatus est usuram centesimam: Pro centum stipu-
 latus est singulis annis 12. vel unum singulis mensibus. Unum
 istum aureum exegit usque ad centesimum mensem: post cen-
 tum menses, pergit usuras exigere. Reus debitor ait, se nihil
 amplius usurarum nomine debere, quia ad duplum usque for-
 tis ventum sit & leges vetare ultra duplum fortis usuras exigi.
 Creditor autem ait, eo tempore, quo agitur, summam quam
 petit, non excedere duplum fortis: & quoad legem oppositam,
 ait intelligendam eam esse de quantitate usurarum, quæ exce-
 dit sortem tempore solutionis. Ex. g. si fuerit cessatum ultra
 centum menses in solutione usurarum, & totas eas usuras pe-
 tam, non possum eas petere ultra duplum: Q. ergo, quomodo
 sit accipienda lex vetus, quæ cautum est, ne *ultra duplum usura*,
 petantur? Hic Imp. ait, sic esse intelligendam eam L. quasi ac-
 cipienda sit de usuris non per tempora solutis, sed quarum quæ-
 titas excedit sortem tempore solutionis. Hæc Duarenus.

13. Verum Duarenus calculum ritè posuisse non videtur, cui præla-
ta Donelli
 aut certè ad sententiam Legis non aptasse. Itaq; præstat Donel-
 li casuationem sequi *in d. l. 10. n. 2. ibi*: Debitor usuras debebat
 centesimas (quæ ut diximus centesimo mense summam fortis ex-
 æquant seu conficiunt:) Post ducentos menses (ita formandus
 erat casus, non ut Duarenus posuit de centesimo mense: Nam
 ducentesimo demum mense s. bis octo annis & bis quatuor
 mensibus *Wesenb. parat. de usuris n. 12. duplum fortis exigitur*
conf. inf. artic 3. th. ult.) Creditor usuram centesimam petit: Re-
 movetur à debitore, quod dicat, eum petere usuras ultra du-
 plum fortis: quod lex antiqua vetat *l. 26. §. 1. de Condict. Indeb. Q.*
an rectè petat nec ne, & an petendo contra L. faciat? Antoni-
 nus ex suo ingenio (Nam veteres aliter sensisse supra demon-
 stravimus) moderationem quandam interponens, distinguit
 hoc modo: Si per totos ducentos menses debitor usuras cente-
 simas non solverit, & post ducentesimum mensem creditor
 eam summam ita petierit, ut sequentis temporis usuras etiam
 porrò exacturus sit, tum petitionem ultra duplum inhiberi.
 Quod si debitor usuras menstruas solverit, aut alias singulatim
 per binos aut ternos menses, ut sanè idè solebant singulis
 mensibus usuras stipulari, idibus verò exigere, *C. I. A. de usuris*



44 PAR. I. ART. II. D. CONST. PP. & INTERP. L. IO. C. D. US.
th. 16. n. 1.) placuit Antonino visumq; fuit, legem superiorem
non obstare, quò minus creditor post ducentos menses easdem
usuras peteret: quia solutæ ante usuræ non computarentur in
duplum, ultra quod lex usuras exigi vetat. Consentit Cujas.
in interpretat. huius l. in f. Casum talem proponens: Si usuræ
per partes solvantur, ut si singulis calendis singuli aurei in cen-
tenas pensiones solvantur: Usurarum ratio (juxta placitum An-
tonini) poterat duplum excedere, nec coacervabantur ante
Justinianum usuræ.

14. Potuit sanè colorem aliquem Caracalla huic con-
stitutioni suæ obducere à verbo *Exigere*, quo, vel simili, juris
veteris Lator usus fortè fuit: verbum enim hoc respicere vide-
tur tempus præsens, quo usuræ petuntur: Non enim petuntur
ultra duplum, nisi nondum solutæ: Nam solutæ amplius peti
aut exigi non possunt. *Donellus in Comment, ad l. 10. n. 3.* Item
quod alibi à D. Pio rescriptum est (*in l. 17. §. 1. de usur.*) Usuras
præteritas parùm jultè peti, quas omisisse te longi temporis in-
tervallum indicat; qui eas à debitore tuo, ut gratior apud eum
esses, petendas non putasti. *Sed* captatio hæc verborum non po-
test tegere absurditatem rei, quæ utrobique dispalescit ac sese ex-
erit. Plusquam enim absurdum videtur in duplo computari
usuras à debitore non solutas: eas autem quæ solutæ sint, non
computari: cum sit multò æquius, legem benignè interpreta-
ri pro eo, qui sponte bonam fidem agnovit, & usuras solvit,
quam pro eo, qui creditorem suum frustratus est, non solvendo.
Donellus ad d. l. 10. in fin. adde inf. sect. 2. cap. ult. in fin.

15. Quæ absurditas à posterioribus Pp. animadversa, mo-
vit eos, ut rem ad veteres terminos reducerent. Utiq; *l. un. C. Th.
de usur. rei judic.* quæ est Impp. Gratiani, Valentiniani, & Theo-
dosi, generaliter hanc exprimere videtur sententiam, prout ab
interprete redditur: Hoc quoq; præcipimus observari, ut si de-
bitoris cautio cum omni firmitate proferatur, & usuræ per an-
nos plures cum capitali debito se æquaverint, (possunt autem
æquata dici etiam solutæ) à debitore amplius (ergò ante fuerunt
aliquæ exactæ) non petantur. Alciatus 1. *Parerg.* 33. veterem
hanc L. ita extulit: Si ex stipulatu usuræ debeantur & per anno-
rum curricula summam capituli impleverint, (ut scil. quantitas
fœnoris quantitati fortis coæquetur) ulterius peti non possunt.
Quic-

Quicquid sit de istis sive aliorum placitis : De Justiniano certissimus, eum hanc quoque Antonini legem emendasse & ad veterem rectitudinem reformasse : qua de causa etiam Codici suam constitutionem fortè inferere voluit, ut & testimonium antiqui juris extaret, & deviationis Antonini summa, ad regulam Justinianæ æquabilitatis rectius posset comparari atque expendi. De quâ seq. cap. uberius dispiciendum est.

ARTICVLVS III.

De Legislatione Iustiniana, & an Constitutionem Antonini Iustinianus jure meritoque antiquarit aut emendaverit?

I. Idem quod Imp. Justinianus in §. 5. proæm. Iust. de se ipso effert & prædicat, se in jure Institutionum proponendo primum breviter explicasse, quod antea obtinuerit, deinde quod postea desuetudine inumbratum, Imperiali remedio illuminatum sit : *conf. l. 2. §. 11. & l. 3. §. 14. C. de Vet. jur. en. & l. ult. §. 13. C. de jur. delib.* Id in hoc quoque juris articulo ipsum observasse, diligentius attendentes liquidò deprehendemus. Sunt equidem nonnulli qui prius membrum §. 5. de illo veteri jure intelligunt, quod antea obtinebat, atque etiamnum obtinet : quam explicationem etiam Dn. Locam. ad d. §. 5. retinuit, fortè quod ll. abrogatas referre nihil attineat. *arg. l. 1. ad L. Aquil. ubi Dd. & in judiciis allegare vetitum sit : §. hunc igitur. 3. Constit. Summa. de Iustiniano Codice confirm. Gothof. in not. ad L. ult. D. ad L. Corn. de fals.* Neque tamen necesse est, nos eâ restrictione uti, in textu generaliter & propriè atque perspicuè loquente : Cum utique ad perfectam Historiæ juris cognitionem magnoperè aliquando conducatur, jus antiquum, vetus, & abrogatum, seu quod antea obtinebat & abrogatum est, cognovisse d. l. 3. §. 14. D. de V. I. E. *can fuerunt. Distinct. 7. can. 9. dist. 37.* eoque sensu dicitur ab Imp. nihil antiquitatis penitus esse ignorandum §. 1. *Inst. de Testam.* Unde etiam in ipsis Instit. Imp. in enarrando jure veteri multam collocat operam, quatenus ea narratio ad meliorem juris novi intellectum conducit : quanquam constitutiones eas, quæ jus incertum & conturbatum continent, exulare jusserit à Cod.

suo §. 10. *Inst. de testam.* ut & antiquata jam dudum jura, quibus animi studiosorum confunderentur. *L. un. C. de nudo jur. Quirit. toll. l. un. §. 9. C. de caduc. tollend. l. un. pr. C. de Latin. lib. toll. cum similib.*

2. Hoc ergò consilio & fine factum putamus, quod Imp. Justinianus constitutionem Antonini in Codicem suum referri passus sit. Ut sc. ostenderet, quemadmodum illa constitutio à jure veteri in Pandectis exposito, h. e. à limine veritatis aberrârit, ac postea suarum constitutionum remedio illuminata, in viam reducta fuerit. Etenim cum adversus provisionem juris sagacissima fœneratorum natio, cujus inexhausta sitis est, *Mornacius in observat. ad l. 12. C. de usur.* duplicem sibi machinam & geminum *κρησφύγελον* comparasset; vel potius duplicem avaritiæ suæ promovendæ viam invenisset. Nempe (1) per maturam & rigidam exactionem usurarum, dupli quantitatem & coacervationem præcavendo: quoniam per constitutionem Antonini, in duplo non veniebant usuræ antea exactæ: *Bachov. volum. 2. disp. Treutler. 3. th. 5. lit. a.* Unde cauti & cati fœneratores non tantum solebant in singulas calendas usuras stipulari, *ut supr. d.* Sed & singulis calendis diversis pensionibus eas exigere, *Cujac. in recit. ad l. 20. C. d. lit. in f.* (2) per acceptionem pignorum, ad quorum usque pretium & valorem, etiam ultra duplum coacervatas usuras jure retentionis consequuebantur, *ut narrat Justinianus in l. 27. §. 1. C. de usur.* Ideò ut huic versutiæ obviam iretur, Imp. Justinianus utrumque cuniculum contrariâ legislatione, eâq; vel novâ vel renovatâ elusit. *v. infra artic. 6. §. 3.*

3. Priorem quidem *in l. 27. §. 1. C. de usur.* obscurius quam in Novellis: Posteriores verò liquidius & verbis conceptis, *ibid.* Significat enim Justinianus, fuisse fœneratores, qui & pignoribus sibi caverent, atque eorum retentione debitores ad ulteriores usurarum præstationes adigerent: Fuisse etiam veteres quasdam leges, quæ pignorum occasione ultra duplum usuras exigere permitterent. Et de facto quidem ipso, & fœneratorum cupidine atq; actibus, nemo fidem narranti Principi detrahit: Verum quod ll. quædam veteres id permiserint, id verò non credit *Mafius lib. 1. opinion. c. 20. n. 22.* (dubium hoc, *ut alia eius capitis, mutuatus ex Balduino, qui in Justiniano pag. 92. ad hanc l. 27.*

*l. 27. §. 1. C. de usur. subnotat: Non putare se tales leges extare: Et si eas non ignoret, quæ retentionem pignoris concedant, ubi persecutionem alioqui non concederent.) Et Interpp. quidem plerique hanc constitutionem silentio prætermisere: Etiam Salycet. Sichard. Donell. Cujac. & alii qui ad hunc tit. ex ordine scripsere. Neq; Odofredus, vel Castrensis hunc nodum attingunt. Itaque pro declaratione textus & excusatione Justiniani dicemus, verba ista, Quorum occasione quadam veteres leges & ultra duplum usuras exigere permittebant, in parenthesis includenda esse: structurâ sententiæ, ex integro absolvendâ, id exigente: Unde consequitur *ὅς ἐν τῷ πόσει*, quod dictum est, accipiendum esse: Nempe ita, occasione pignorum, fœneratores abusos esse veteribus legibus & earum permissione jus retentionis in aliis articulis probatum, etiam ad usurarum causam extendisse: quod utiq; tentatum ab ipsis sæpenumero fuisse, evidenter coarguit *l. 4. pr. ibi: discusso periculo nec pignora vel hypothecæ, titulo maioris usuræ tenebuntur. de nautico fœnore. per quem text. etiam Cuiac. in Papin. lib. 3. respons. pag. 127. inf. docet: Secundum quasdam leges veteres usuras supra duplum servari potuisse per retentionem pignoris: idq; obtinuisse in centesimis & legitimis: non in his quæ centesimus essent maiores. add. l. pretij. 19. ibi: licet pignora data probentur. C. Maudat. textus ex tit. de usuris alios mox allegabimus.**

4. Etenim Ratio dubitandi, hoc est, prætextus fœneratorum fuit, quod usuræ ex conventionem deberentur naturaliter *l. 3. C. de usur.* At in naturali debito jus retentionis locum habere diceb. *l. 4. ubi traditur: per retentionem pignoris & usuras servari posse, de quib. præstandis convenit. C. de usur. cujus legis dispositio confirmatur l. pignoribus 22. C. d. t. Ratio, per l. si necessarias. 8. §. ult. de pignorat. act.* Quâ ratione non obstante Justiniano contrarium placuit, ne fraus scil. veteri legi fieret; cui Justinianus plenissimam vim retribuere voluit, nequaquam concedendum esse dictitans, ut cursus usurarum ultra duplum procedat. *d. l. 27. §. 1. C. de usur.* Nec difficile est ex veteribus legibus respondere ad fundamentum fœneratorum: Nempe aliam causam esse usurarum, quas quis supra licitum modum promisit: nam has penitus illicitas esse, *l. 11. §. 3. de pignorat. act. l. 9. de Vsur. & ad eam artic. 1. sup. th. 7. & seqq.*

§. Ergone

5. Ergone dices, jure Codicis jam tum vicissim introdu-
ctum ut usurae etiam particulares, ultra duplum, non solveren-
tur: Cum alii Codicis & Novellarum Constit. committere hic
soleant? v. Pacius in Anal. Cod. n. 10. vers. 3. ibi. Quod verum est jure
Codicis tum demum. Imò inquam, fuit hæc mens Justiniani et-
iam ante promulgationem Novellarum in d. l. 27. §. 1. C. de usur.
Quod (1) patet ex verbis ipsius §. 1. quibus indistinctè, generali-
ter & enixè utendo pronunciat Imp. Cursum usurarum ultra
duplum *minimè* (adeoq; nec per modum exactæ seorsim solu-
tionis) procedere. Qui enim *minimè* quid concedit, ille nulla-
tenus concedit Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss 40. n. 1. E. nec par-
ticulares. Contrariam cavillationem prorsus (2) excludit. No-
vella. 121. non tantum præfatio, ubi artes legibus contrariæ pe-
nitus damnantur, ut mox dicemus; Sed & cap. 1. ubi dicitur, nu-
per produsse sacram formam: (emanavit autem hoc caput cum reli-
quis partibus 17. kal. May Belis. v. C. Consul. Sive legas Belisario Con-
sul. Collega Justinian. v. h. e. A. § 36. ut verosimile videtur, sive Basilio
Viro Cl. Consul. h. e. An. § 41. ut comp. Gothofr.) non absolum erit
per sacram formam intelligere ipsam l. 27. quæ sc. scripta est ad
Mennam Præf. Prætor. arg. l. 20. C. de SS. Eccles. Novell. Theodos. 22.
C. A. de constit. Princip. th. 39. Quid autem dixerit senseritve Ju-
stinianus in illa formâ seu constit. nuper emissa; Id indicatur
cap. 2. d. Novell. 121. nimirum non tantum generaliter placuif-
se; nihil usurarum ultra duplum solvi debere: Sed insuper hanc
suam mentem esse, ut (secus quam Antoninus voluit,) etiam
particulares usurarum solutiones debita extinguant, quoties
usurarum præstationes alterum tantum attigerint. Relatum
autem in referente esse dicitur in tantum, ut dicatur pars refe-
rentis l. asse toto. 77. de hered. instit. Card. Tuscus præct. conclus. tom.
6. lit. R.

6. Instabis quærendo: si illud Constit. Codicis cautum
jam ante fuisse supponitur, quid ergò opus fuit Novella istâ, &
insuper N. 138. imò & tertiâ, quæ est N. 160. Respondere possu-
mus non tantum ex aliis locis, veluti ex cap. de multa. 28. de Præ-
bend. cum propter præsumptiones quorundam & cupiditates,
nullus hæctenus aut raris admodum de prædictis statutis fru-
ctus provenisset, evidentius & expressius legislatorem occurre-
re cupiisse: sed etiam ex epilogo ipsius Novell. 121. Constitutio-
nem

nem l. 27. § 1. C. de usur. generaliter acceptam, obtentu legis Antonini in reprobam tractam fuisse sensum, ita ut causa particularium usurarum excluderetur: Ergò opus fuisse declaratione & inculcatione. Et acquiescere sanè atque subsistere hinc Justinianus potuisset, si per homines avaros id ipsi licuisset: Manifestissima enim est, *inquit ipse in Novell. 138.* nostri numinis constitutio, quæ usque ad dupli quantitatem exactiorem debiti concludit. Atqui non licuit per istos, qui exceptiones subinde quærebant, modò in usuris particularibus, *d. Novell. 121.* modò in currentibus. *ut in Novell. 138.* Ergò opus fuit interpretatione & inculcatione. Quemadmodum in Edit. Charondæ & Scrimger, hic Tit. Novellæ præscriptus est: ἐπιμνησία, πῶς οἱ ὑπὲρ τὸ διπλάσιον τόκοι ἔπαρέχονται: Interpretatio, quomodo quæ duplum excedunt usuræ non præbeantur. Haloander ita: De interpretatione à principe facta: & ut usuræ particulatim solutæ, duplum sortis non excedant. Cujus sanè *Novellæ* potissima quaestio videtur esse, annon creditor, qui nondum duplum recepit per usurarum præstationes, sed seculum v. g. integram sortem petere possit? Quod Imp. negat, Legislationem anteriorem ita explicans, ut debitor usuras usq; ad alterum tantum exsolvens, etiam liberetur, & creditori sortem exigenti silentium imponatur. *per text. d. Novell. 138. ibi: Alij verò (qui duplum nondum sunt consequuti) si simili modo repleti fuerint, eodem modo silere compellantur: cautionibus effectu inanibus.*

7. Existimaverit forsan aliquis gratis hæc disputari & implendarum pagellarum causâ. Sed imò plurimum in hæc disputatione momenti situm esse comperiet, qui postea consideraverit, potissimam adversariorum fiduciam in eo positam esse, ut *Novellas* illas Justiniani suspectas nobis faciant, adeoque Antonini constitutionem ut jus novissimum, de quo certò constet, nobis obtrudant. Quod si ergò hanc Justiniani mentem simpliciter fuisse etiam ex Codicis monumentis obtinuerimus, *Novellæ* illæ hinc auctoritatem majorem, *Leges Codicis* (intelligo l. 29. & 30. huic l. 27. §. 1. subiectas) majus inde robur assumment. Obtentâ verò *Novellarum* auctoritate, non valdè laborandum erit de earundem intellectu atque interpretatione, factis enim claræ sunt atque perspicuæ.

G

8. Nam

8. Nam licet *Novell. 160.* exceptiones contineat: At tamen leges & Sanctiones nostras (quam distinctionem videtur innuere *Imp. in d. l. 27. §. 1. C. de usur. & Novell. 121.*) vel illæ ipsæ Exceptiones magis adstruunt, quam ut destruant vel impugnent. Ea enim est natura Exceptionis, ut regulam sive regularem dispositionem confirmet, & alia insuper excludat: cum quædam existimando, de cæteris accuratius cogitasse loquens videatur. *l. 12. §. 43. vers. denique. de instr. vel instr. leg. Everhard. in topic. legal. lo. 3. frustra contrarium quid muginante Antonio Massa. lib 1. de Exercit. Jurispr. n. 71.* Cætera quæ Novellarum autoritati derogare, & fidem earundem elevare censentur, suo loco diluemus: *part. 2. artic. 4. th. 7.* Dum certi sumus interim, per hæctenus disputata, modum usurarum constitutionibus duplicem esse constitutum: *Primum*, ut usura non sit major centesima, id est, ne plus quotannis in centenos reddat, quam duodenos: (quod & ante Justinianum obtinuit) *Deinde*, ut usuræ, postquam sortem æquaverint, consistant & finem accipiant: Ne altero tanto sint ampliores quam fors, id est, ne duplum egrediantur: *Denique* ut centesimo mense desinant. Nam usura centesima singulis mensibus reddit unum nummum, duodecim quotannis: & centesimo igitur mense æquat sortem, nec ultra progreditur. Ita concludimus, superiora colligentes, verbis Cujacii nostri *in recit. ad l. Iulianus 13. §. ibidem Papinianus. 26. de A. E.* Quamquam idem de moderatis usuris dicendum sit: Cum jam suo tempore Justinianus communes usuras ad semisses redegerit: *l. 26. §. 1. C. de usur.* Et tamen dupli excessum severè prohibuerit. *Ragucl. ad d. l. 26. pag 253. vers. qualescunque.*

Remota
phrasium
ambigui-
tas,

9. Dices: juxta istam Cujacii explicationem, Usuras ne quidem ultra simplum deberi: Et v. g. si alicui mille crederis, & per 20. annos quincunces usuras receperis, veluti recepta sorte, nihil jam amplius posse exigi: quomodo sanè hoc exemplum nonnulli adferunt atque ita satis intricatè efferunt: Cum tamen Zangerus, qui ab illis inter cæteros laudatur, non dicat; usuras supra simplum sumæ creditæ; sed ultra duplum exigentem, exceptione usurariæ pravitatis posse repelli. *cap. 25. de Except. part. 3. pag. 664. n. 29. conf. sup. artic. 2. th. 11.* Sed nodus iste evolutione amphibologiæ facilè explicatur. Interest enim an post centesimum mensem (ut hypothesein & exem-
plum

plum Cujacii retineamus,) quærat de processu & exactione usurarum, vel ipsius sortis. Prior quæstio rectè negatur; eoq; sensu rectè dicitur, ultra alterum tantum non procedere exactionem usurarum: vel sisti usuras ubi debitum æquaverint. Interim verò (quod quæstionem posteriorem attinet) non sistitur etiam exactio sortis: Alioqui contra stipulationem aut pactum aut moræ prævaricationem usuræ nullæ; sed sortis particularis tantum exhibita solutio fuisset. Ergò tum demum opponetur creditori exceptio usurariæ pravitatis, si post centesimum mensem sorte salva, usuras exigere perrexerit: Vel post ducentimum mensem & sortem & usuras. Ducentesimo enim mense demum & sortis & usurarum exactio cessat: *hodiè post annum quadragesimum in usuris quincuncibus*: Quia sc. creditor & simplum sortis; & alterum tantum usurarum nomine recepit: Adeoq; satis utilitatis ex re sua, natura sterili redegit, cum alterum tantum lucratus sit. *conf. Novell. 121. cap. 1. ibi: Si duplum debiti solvatur, nulla contra debitores secundum leges nostras supersit exactio. & ibi: si quingenti aurei debeantur, & mille soluti sint, debitor universo debito liberatur. & Novella 138. ibi: Creditores qui in duplum ex usurarum quantitate per diversa tempora consecuti sunt, nullam adversus debitorem inquietudinem possunt proponere: & cautiones fœneratiæ post id tempus aut reddenda sunt, aut si apud creditores remanserint, suis viribus vacabunt. Es werden getödtete vnd dürre brieffe seyn. conf. D. Carpzov. part. 2. quæst. crimin. 92. n. 43. ibi: simulatq; usuræ æquarunt sortem, nihil amplius, usuræ nomine, debetur, sed tantum fors relinquatur ad repetitionem, si prius soluta non sit. add. sup. th. 6. p. 49.*

ARTICULUS IV.

De æquitate & justitiâ Juris Justiniani: circa moderamen & restrictionem usurarum, ad alterum tantum.

I. Restat in hâc sectione, quæ de juris nostri certitudine agit, illa visio atque dispectio: An Justiniana Legislatio rationi conveniat & æquitate nitatur? Quamquam enim Plato An ratio
juris inquiri
renda:
Dial. 1. de LL. p. m. 207. cautum esse legibus sive testetur, sive velit, ne junior quispiam quærere audeat, rectenè an secus leges constitutæ sint: Sed unam omnium vocem hanc requirat: le-

2 PART. I. ART. IV. DE JUSTIT. & ÆQUIT.

ges à Diis emanasse, confer. Arist. lib. 2. Sophist. Elench. cap. 3. & 1. Rhetoric. c. 15. Quintilian. declam. 264. Quam sententiam etiam D. Augustinus probat in lib. de vera religione c. 31. inquit: In istis temporalibus legibus, quanquam de his homines judicent, cum eas instituunt: Tamen cum fuerint instituta & firmata, non licebit iudici de ipsis judicare, sed secundum ipsas: *que sententia Canonisata est in Can. in istis 4. dist. 4.* Unde Dd. nostri rectè constituunt: textibus in medium allatis dubitationi locum non relinquunt: sed cessare merito debere omnes glossarum & advocatorum cavillationes, Roland. à Valle. 1. Consil. 25. pr. Wesenb. p. 3. consil. 108. n. 29. & p. 7. consil. 319. n. 120. Ant. Continus 2. subseciv. 17. v. pleraq. Racemat. Extraord. de Stell. th. 11. Nihilominus quia per seculi malignitatem eò deventum est, ut autoritas legum sæpenumero etiam à privatis in dubium vocetur: ut postea videbimus. Necessarium ferè est, ut huic curiositati, ostensâ legum probabili ætiologiâ, satisfiat: eoq; pravitate usurariae advocati, nisi planè ἀλογα ζῶα haberi velint, rationibus duci & convinci se patiantur. Cuiac. in recitat. Cod. de collation. pag. 690. Forcatulus in Sphinge legali. p. 324.

2. Initio si rem ipsam & fundum istum κατὰ φύσιν intueamur: Est sanè pecunia, res, omniū confessione, sterilis, & PHILOSOPHORUM inquam, ut Aristot. 4. Ethic. 1. itemq; 1. Polit. c. 6. & 7. ET IUSTORUM §. 2. Inst. de usufr. l. 1. & c. 1. de usu ear. rer. ubi Dd. Et ex D. Basilio P. Binsfeld. comment. ad cap. quia in omnibus. q. 1. p. 56. de Usur. cap. 5. q. 2. p. 99. Sam. Petit. ad LL. Atticas lib. 5. tit. 4. pr. pag. 403. & 406. Unde Chrysostomus in Can. ejiciens. 11. Distinct. 88. vers. secundo: pecuniam ab agro separat: quod iste fructum ferat aranti; non item pecunia repositam obtinenti. Planè ut Aristoteles ipse lib. 1. Polit. c. 10. opum quærendarum ratione naturæ consentaneam vocat eam, quæ est ἀπὸ τῶν κερπῶν καὶ ἀπὸ τῶν ζῴων: à fructibus & animalibus. Sufficiat ergò hæcenus malitiæ humanæ indultum esse, ut contra naturam pecuniæ, usura prima, fructui comparetur. l. usura 34. l. 38. de usur. l. 88. §. ult. ad L. Falcid. Nec fictionum geminationem hîc admittamus. contra not. in racem. crimin. ad tit. Si is qui testam. lib. esse iust. th. 7. Quid enim absurdum magis, quam ut in infinitum fructificet, quæ nec ullum per se fructum ferre queat. Le laboureur, dit Basile, se contente de l'espic que le grain de bled a produit; L'usurier veut

res

retirer le fruit & ne veut pas que la semence se perde : c'est à dire, que le fort principal se deminue. *verba sunt Petri Matthei lib. 4. Historia Henrici IV. narrat. 4. n. 6. ad fin. in marginal. pag. 149. Nec alias sanè quicquam immensum & infinitum bonum est, inquit Imp. in Novell. 3. Canis. ad cap. 11. de Usur. & censib. pag. 187. Kövenstrunck im Rechtl. bedencen von Contributionen pag. 33. E. geminatione admittenda, exfatiari denique aviditatem fœneratorum oportet atque repleri. Sollen sich endlich ersättigen lassen. ut inquit Imp. in Novel. 138. conf. A. Fabr. th. 5. fin. h. art. cit.*

3. Deinde mutuo potissimum, communiter & propriè itur in creditum l. 2. §. 3. & seqq. de reb. Credit. At hoc mutuum suâ naturâ est gratuitum l. 17. de pact. l. 11. §. 1. de R. Cr. Plaut. in Asinar. act. 1. scen. 3. Quid ergò magis absolum quam ut ex contractu gratuito maximè omnium lucrosum constituamus, & ex beneficio dispendium : Cum ut Justinianus Edict. 9. c. 2. §. 2. & ex eo Gothofr. ibid. ait : Utique dispendium in usuris sustineat, qui L. majores & ultrâ legis modum persolverit.

4. Porrò si usuras ipsas intueamur & natura & qualitas illarum contrariæ sententiæ repugnare deprehenditur : Cum enim usuræ mera sint accessio l. frumenti 12. l. oleo. 23. l. eos. 26. in pr. C. de usur. Utique absurdum iterum est, accessionem in usuris majorem esse principali, ac lucrum majus esse ipsâ sorte. Hottom. lib. 1. de usur. c. 10. quo arg. etiam post hæc impressa uti deprehendimus Dn. Carpzov. 4. Respons. 49. n. 1. absurdum etiam ut fundamento per solutionem sublato, accessiones durent. l. 2. de Pecul. legat. Cuiac. in lib. 3. Paul. ad Ed. l. 2. 4. & 6. de pact. l. 4. §. 1. de censibus. in terminis usurarum textus est in d. l. 6. C. de usur. Absurdum denique ut detur accessionis accessio, arg. l. 28. C. de usur. l. ult. de Magistr. conven. l. 1. C. de fiscal. usur. l. 15. de usur. Nicol. Hunn. can. 2. cap. 15. Stahl Regul. 6. tit. 14. Franzk. 2. resol. 10. n. 17. & seq. Ad quas rationes digitum ipse Imp. intendit in Novel. 121. c. 2. cum inquit ; cavendum omninò esse, ne debitum multipliciter exigi deprehendatur.

5. Idem Imp. in Edicto 9. c. 5. aliud etiam argumentum subindicat : usuras sc. ultra duplum exigi vel ut sortem vel ut usuras. At duplo exoluto & simplum sortis, & alterum tantum, sub usurarum nomine, jam exolutum esse. Ergò jure nihil amplius deberi exigivè posse. Conf. in simili Covarruv. lib. 3. variar.

variar. resolut. 1. n. 5. Cuius argumentum contra usuras simplices extructum, multo magis & fortius usuris duplum excedentibus opponitur. Aut enim creditor iste lucrum hoc (supernumerarium) capit pro sorte, aut pro usu ipsius. Si pro sorte, ergo bis capit eius estimationem, vel capit iniustum eius valorem: (hoc casu ter quaterve capit aut estimationem aut lucrum multo iniustius) si pro usu rei, is non potest seorsim à sorte estimari & sic bis sors ipsa vendi. l. 2. de usufr. ear. rer. hætenus Covarruv. Rectè igitur A. Faber in Rational. ad l. 2. §. 8. vers. & quidem. de eo quod certo loco. de Justiniani ratiocinatione sic concludit: Putavit, inquit, Iustinianus id, quod supra duplum exigitur immoderatam creditoris avaritiam & cupiditatem denotare, quam facile iudex subsequi non debet.

6. Quod si charitatis & commiserationis, non dicam Christianæ, sed civilis, quam civis civi debet, legem contueamur, quid aliud Imperatori nostro exempla majorum persuadere poterant: cogitanti sc. vel (1) *σενάχδειαν* Solonis, v. *Plutarch. in Solon. Diogen. Laërt. lib. 1. Iohan. Cluver. in epitom. pag. 64. B. & Atheniensium. de quâ prolixè Salmasius in lib. de modo usurarū: cap. 17. v. Ann. Robert. 2. rer. judic. c. 6. p. 376. Bugnion. lib. 4. de LL. abrog. sat. 107. p. 332. vel (2) consuetudinem Judaicæ liberationis sive *ἀφίρωσις* anno quoque septimo Judæis verbo D E I, Deuteron. 15. v. 3. in iunctæ v. *Franciscus Ribera. lib. 5. de templo. cap. 23. & iterum Salmasius de usuris. c. 20. pag. 608. vel (3) Romanis non incognitas leges novarum tabularum, quæ Græcis dicebantur *χερῶν ἀποκοπῆ*, idem ibid. è *Cuiac. in recit. ad l. 50. de A. E. & ab Heraclidarum plebe aliquando impotenter flagitabatur v. Iustin lib. 16. histor. sub fine. Nam non cives solum boni sed & boni Principes sæpè jubebant etiam publicorum debitorum instrumenta comburi (ad imitationem Agidis Lacedæmoniorum, Corn. Nepos. 17. 1. 4. ducis, de quo v. *Alex. ab Alex. 1. genial. dier. 7. P. Heig. 1. quest. n. 10. & seqq.*) eoq; ipso miseris debitoribus anxietatem curarum omnino adimebant. *Cuiac. lib. 3. Pauli ad Edict. in l. 2. 4. & 6. de pact. vel saltem usurarum cursum sistebant. Sic enim de Q. Confidio Val. Max. lib. 4. c. 8. Cum is centies atque quinquagies H. S. sumam in fœnore haberet, neque de sorte quinquam debitorum suorum, neque de usura à suis appellari passus est, quamdiu furor Catilinæ in Rep. sæviit. Optimè mirificeq; testatus, nummorum suorum, non civilis sanguinis se esse fœnera-****

fœneratorem. Jam qui hac præcipuè negotiatione delectantur, (inquit Valerius) cum pecuniam cruentam domum retulerint, quam improbando gaudio exultent, recognoscant. Ita de Cæsare Dio scripsit lib. 53. τὰ παλαιὰ συμβεβηκέναι τῶν χρεοφιλόντων ἕκαμψεν. conf. Sueton. in Iul. Cæs. c. 42. ipsum Iul. Cæs. in histor. bell. civ. pr. De Augusto Sueton. cap. 32. tabulas veteres ærarii debitorum, vel præcipuam calumniandi materiam exussit. add. Manzij part. 2. prælud. bell. civ. q. 6. n. 25. Et de Gratiano Ausonius: tu argumenta omnia flagitandi, ardere jussisti. Et de Justino P. Africanus vetus poëta.

Hic rutulis lucent chartis ardentibus ignes

Hic chartas flammis subigunt. v. l. 6. C. Th. de indulg. deb. 11. 28. Schefferus de nov. tabulis cap. 1. & 6.

Et ipsemet Imp. Constantinus in l. 6. C. de jurefisci. (quamvis ex alia forte causa) justas etiam & quæ lo um habeant, fisci actiones, præcepit concremari. Est etiam eâ de re in Cod. Theodos. integer titulus. de indulgentijs debitorum lib. XI. tit. 28. Imp. Juliani, Arcadii, Honorii, Theodosii, & Valentiniani liberalitates per multas constitutiones exponens. Enimverò si tædium fœnoris, DEUM ipsum & bonos principes ad usum eorum in totum explodendum, v. Leonis Novellas, quas ipse Salmas. Comment. de Usuris præmisit imò etiam ad abolitionem tabularum permovit; quidni eosdem moverit charitas civium, ne eos in infinitum in se perpetuatis fœnoris exactionibus sævire paterentur?

7. Possent hûc referri & utiliter applicari, omnia Theologorum monita, In Exod. cap. 22. vers. 25. Deuteron. cap. 23. vers. 19. Levit. 25. vers. 35. Nehem. cap. 5. Psalm. 15. vers. 5. Luther. tom. 2. Ienens. pag. 275. b. & Ph. Cæsar. de usuris ap. Enchirid. Chemnit. Gerhard. tom. 6. Loc. comm. de magistratu polit. §. 232. & seqq. Ames. lib. 5. de casibus Consc. cap. 44. th. 19. Clem. un. §. ult. ibi: Qui usuras accipere non esse peccatum pertinaciter asserit: ut hæreticus punitur. de Heret. Arn. Corvin. lib. 4. juris Cam. tit. 27. §. 2. Canis. tr. de usuris c. 1. §. 18. & seqq. itemq; cap. 2. per tot. C. super eo. 4. ibi: omnis. cap. 10. ubi etiam mentalis usura prohibetur. & pass. de Usur. ibiq;. Canonista. in primis Binsfeld. ad d. c. 10. Prudentum responsa. v. Hottom. quest. illustr. 40. ibi: An fœneratio in benè morata civitate toleranda sit. Scholiasten. lib. 23. Basil. tit. 3. p. 388. b. ubi lib. 3. prochiri tit. 7. cap. ult. refertur, & definitur: Ita

jus sæculi servandum esse, ne interim laedatur lex DEI. Et Philosophorum argumenta, quibus usuram ipsam detestantur, dissuadent atq; execrabilem reddunt: *ad 1. Pol. 10.* Nisi hoc sufficeret, quod ea tantum toleretur ex hypothese humanæ malitiæ; *P. Binsfeld. ad c. quia in omnibus. quæst. ult. circ. fin. pag. 75. de Usur.* At huic certè quam minimè indulgendum esse omnes protestantur. *L. in fundo 3 8. vers. constituimus. de R. V. Escobar. de Ratiocin. cap. 15. num. 3.* Quid ergò in re per se detestabili tantoperè indulgemus humanis affectibus: Imò viam infinitæ cupiditati planissimam patefacimus *contra l. cum hi 8. §. si cum lis. 20. de Transact.* Cui omni studio occurrendum fuerat potius *l. magis 5. §. si pupillus 2. de reb. eor.* Et cum major sit malitia eorum, qui singulis annis avarè exigunt, quam qui inducias licet funestas debitori indulgent, *per supr. notat.* Cur iniquiores istos, magis ex abrogatâ Antonini constitutione compendium lucrumq; infame velimus reportare. *l. pen. C. de legat. can. ex literis. 2. de dolo & contumac.* Denique satis videri indultum debet fœneratoribus, si unius patrisfamilias debitoris sudoribus per aînos viginti pascantur; & tum ad alium ejus oneris bajulum, æs fœnebre transferre liceat: Welche cautel, wen die Creditores in acht nehmen / sich über den frommen Kaysar Justinianum gar nicht: viel weniger über den autorem dieses responsi zu beklagen / oder Ihme feindschafft (massen Er in der that erfahren) zutragen: Sondern vielmehr der vorsichtigen anweisung vnd guten Rathes halber zu dancken haben würden. Ist der Unchristlichen feinde vnd Alastorum halben / teutsch hierein gerucket worden. Unum verò ultra 20. annos premere, atque ita in infinitum exsugere velle, piis cordatisq; Legumlatoribus meritò intolerabile visum habitumq; fuit.

NB.

8. Scio quæ hîc ex Ethicâ, Oeconomicâ atque Politicâ depromi atq; in contrarium urgeri possint soleantq; argumenta: *v. Jean Duret de l' office du juge. chap. 134.* Hoc, sc. pacto gratitudinem lædi, familiis honestis subsidia subduci, fundamenta etiam Politiarum labefactari, vel saltem tentari cum aliter hodiè sacra & arcana regiminis aut civilis societatis non consent: Et quæ alia Ubi splendidè comminiscuntur: Quæ sigillatim percensere non minus fortè invidiosum esset, quam ea quæ ex verbo Dei reponi possent, acciderent fortè nonnullis odiosa

odiosa. arg. Novel. 4. c. 3. ibi: licet quibusdam creditoribus fortè non sit gratum. (si sc. dicatur, eam vivendi rationem quæ usuraria consuetudine & fructificatione nititur, esse contra primigeniam DEI institutionem, quæ suo quisq; labore se suosq; alere jubetur, non ex alieno sudore & sanguine cuticula sua delicias parare. v. in simili negotio ratiocinantem P. Matth. d. lib. 4. narrat. 4. p. 141. n. 6. ibi: Ainsi le Roy de France Henry IV. reconnut au doigt & à l'oeil, que les rentes constituées à prix d'argent au denier, dix ou douze, ruinoient plusieurs bonnes familles, empeschoyent le traffique & commerce de la marchandise, faisoient negliger l'agriculture & manufacture: plusieurs aimans mieux sous la facilité d'un gain à la fin trompeur, vivre de leurs rentes en oisiveté parmi les villes, que de s'adonner avec quelque peine aux arts à cultiver & approprier leurs heritages.) Hoc tantum reponimus: non minus detrimentosum esse Reip. plurimam civium partem (egenorum enim maximus ubiq; semper est numerus) miserè atteri per alienas cupiditates: Lugubre etiam, viduas, pupillos atque orphanos exui peculio avito. Ex adverso, non deesse alios collocandæ pecuniæ modos, quibus splendorem suum Nobiliores familiæ queant sustentare; Cum pecunias fœnerandi usus, judicio Imp. Constantini, vix (1) diuturnus (2) vix continuus (3) vix stabilis sit: quo subsecuto, & intercidente sæpè pecunia, ad nihilum patrimonia (non obscuro Dei justissimi judicis arbitrio) deducantur. l. 22. vers. huic accedat. C. de admin. & peric. tut.

9. Nec est quod quis spissis illis voluminibus, quæ facundissimus trapezitarum Patronus Cl. Salmasius, fortè ad ostentandam ingenii felicitatem protulit, magnoperè moveatur: Siquidem omnia Illius fundamenta, si abtractis eloquentiæ flosculis inspiciantur, pravitate humanæ mentis nituntur, cui quò minus indulseris, eò minus à recti regula recesseris. Sic lupanarium patronis respondemus, clamantibus: *Aliter sacra Veneris non constare*, nec domus aut familias tutas fore; ni illis publicarum libidinum victimis sua permittantur altaria aut delubra. Quasi verò aut Romæ, aut Venetiis, aut Lutetiæ, impuritates privatæ hoc remedio caveantur aut deminuantur; nec exemplo publicè permissis, homines potius inflammentur ac magis magisque exardescant. Eodem modo experiuntur Rerum publicarum præsides, ubi repagula licentiæ trapeziticæ libe-

H

ralius

calius laxantur, trapezitarum ardorem invalescere, nec quincubus aut bessalibus, imò vix centesimis usuris acquiescere. cap. 3. ibi: *quia in omnibus ferè locis ita crimen usurarum invaluit, ut multi, alijs negotijs pratermissis, thun nichts den pflaster treiten/ quasi licitè usuras exercent; machen ein handwerck vnd sonderbare profession oder Standt des lebens davon / daß sie Rentenrey seyn: & qualiter utriusq; testamenti pagina condemnentur, nequaquam attendant. de Usur.* Prudentissimè ergò rem administrant, qui malum, cui excludendo impares se agnoscunt, metam qua licet, æquitati proximam, ponunt. *conf. thes. 12.*

10 Aliorum etiam distinctionibus, non tam labefactatur, quam corroboratur nostra, de modo usurarum, disputatio: Dicunt enim argumenta Theologorum Jurisperitorum & Philosophorum, quæ contra usuras in universum colliguntur, pertinere tantum ad viuras illas, quæ (1) contra Christianam charitatem proximum mordent & arrodunt, & non usuræ; sed rursus sunt: ac (2) à debitoribus illis, qui vel prorsus sunt pauperes vel indigentes; (3) Cum horum detrimento & afflictione contra æquitatem & æquabilitatem & regulam, quod tibi non vis fieri: vel (4) etiam à divitibus ultra modum legitimum, à creditoribus exiguntur. *Ita noviss. Christoph. Hagen. cap. 3. de usuris. n. 29. Grotius epist. 180. ad Gall. pag. 478. & seqq. itemq; lib. 2. de jure belli & pacis cap. 12. n. 22. Gerhard. decad. 8. qq. Polit. th. I.* Atqui hæc omnia usuris supra duplum exactis planissimè quadrant, ut modo est ostensum. Ergò impias, iniquas, & intolerabiles esse, vel adversariorum concessione & confessione conficitur atque consequitur.

11. Quæ omnia rectè considerans doctissimus & in hæc materiâ versatissimus autor, Carol. Molinæus (*testimonio Duarenii in tit. de nautic. fœnor. p. 1002. licet eundem supersticiosus Ant. Faber decad. 10. Error. I. pessimus Theologum, nec multò meliorem Ictum appellet*) *tr. de usur. n. 43.* Justinianum, ob expurgatum hoc pravitatis usurariæ stabulum, non immeritò vocat Herculem Alexicacum, addens: Eum tam perfectam moderationem iniisse atque confecisse, ut nec fœneratores, nec debitores justè conqueri possint, sed rerum & pecuniarum commercia, tam creditarum, quàm debitarum, competenti commodo, neutrorumq; injuriâ tractari possint: Tam exactè, ut vix laxari sine rubo-

tubore, vix magis restringi sine injuria seu impedimento commerciorum queat: Tanta deniq; cautione & prudentiâ, ut vix saluberrimæ legi fraudem facere licuerit, nisi eâ prius cum bonis artibus & literis, per Gothicæ barbariei inundationem, in tumulto ignorantia sepultâ.

12. Homogenea scribunt Balduinus & Rodericus dd. locis. *Marius d. opin. 20. n. 22. Add. Lutherus in 7. tom. Ienensi sub tit. Vermahnung an die Pfarrer vom Wucher zu predigen. fol. 405. Praclariss. quidam Theologus in comment. MS. in Nebemiam cap. 5. cuius doctrinam integram non pigrabimur huc transferre: Usuram, inquit, dixerunt ab usu æris, hoc est, pecunia: quod elocata usum præbeat, non tam sumentis, quam eroganti, non tamen eo pacto, quo ager vel hortus elocatus usuram facit. Græci τίκου appellarunt, hoc est, partum quendam; non quod pecunia elocata pariat: indeq; usura illius respond. partus quidam, hoc est soboles dici debeat: Sed quia non sine dolore & sudore solvitur; ac metaphora subest, quæ ducta est à parturientiû doloribus. Vocant etiam δάσειον, quæ tamen vox propriè dicitur, de ipsa sorte quæ elocatur: hinc damnum Latinis ortum videri potest, quia sors amissa damnum facit: Significat autem δάσειον, mutuo dare, sive cum usura id fiat, sive gratuito, sine omni usura: hinc Christus dixit, δάσειτε μὴ δὲν ἀπλᾶνίζοντες, nihil inde sperantes, loquens de gratuita mutuacione. Hebræi neshec nominant; Significant autem morsum, eleganter naturam usuræ exprimentes: affligit enim & pungit solventem: quod videre est in Strepfiade, ap. Aristoph. Nub. 1.3. Et hodiè norunt, qui eo nexu irretiti tenentur. Eleganter autem distinguunt usurarium & creditorem ipsamq; pecuniam eadem ferme voce: qui enim usuram exercet, *naschic* dicitur, quia morsum infligit, aut ut illi loquuntur, facit mordere: alioquin *malve* saluta ur. Qui autem solvit usuram *naschic* dicitur, hoc est, qui morsus: ipsa autem pecunia, quæ usuræ nomine datur, *noshec*, mordens: ita miser mordetur à pecunia, autore usurario. Hæc ideo afferuntur, ut videatis usuram, ipso nomine, infaustam esse. II. Distinguitur usura à Doctoribus juris in duas primarias classes: ac deinde in varias species: prior est simplex usura, quæ sorti non solet adjici, sed usu solet absumi; ut cum quinq; de centû solvuntur, il-*

tur; illa quinque simplex usura sunt, si ad sortem exacto anno non computentur. Posterior conjuncta est, quam illi vocant: usuram usurarum: cum scilicet usura non solvitur, sed sorti accedens, incipit novam parturire usuram. Græci ἀνατοκισμόν appellant, (quasi dicas repetitam usuram,) de quo habes elegantem locum in epistolis ad Atticum ad finem libri quinti. Sed intermissa hac specie, ad priorem redeamus. Simplex usura gemina est, alia terrestris, alia nautica. Terrestris dicitur, quod pecunia elocaretur in negotiationem terræ in continenti, eratque hæc menstrua, h. e. singulis mensium calendis, seu noviluniis exigebatur. Nautica verò, quæ mercatoribus & negotiatoribus marinis concedebatur: idque vel ad enavigationem solum: unde ἐτερόπλις dicebatur: aut etiam in reditum, hinc ἐμφοτερόπλις nominabatur. Exempla qui volet, repetat ex Budæo & Demosthene. Prior illa terrestris postea in multas secatur species à Jureconsultis: quæ omnes ferè sumuntur à magnitudine usuræ: ut est usura centesima, quæ centesimo mense sortem æquabat: deinde, quod centesimum numum pendebat, ut qui centum dabat in singulos menses, unum exigebat. Ita fit, ut centesimo mense usura sortem adæquet. Hi in annum pendebant de centum duodecim: sic annis octo & mensibus sex, centum floreni alios centum usuræ nomine contrahunt. Semissalis autem, quæ ex semisse pendebatur: hi annuatim de 100. solvebant sex florenos. Trientaria ex triente, hoc est, per annum pendebant de 100. florenis 4. usuræ nomine. Alii ex besse, hoc est, de 100. florenis octo pendebant &c. Hæc ferme hodie doctrina est Jurisconsultorum de usura, & sane probabilior. Aret. in probl. 143. p. 486. Has omnes species Aretius probl. & pag. allegata, judicat improbas esse, etiam propter hunc Nehem. locum. Et tandem subjicit: Doctores Juris Canonici & Civilis adhuc disceptant, an licitæ sint, & qui eas impugnant firmissimo utuntur argumento; quia inferior non potest tollere legem superioris, nec servus legem domini sui. L. Servus 3. C. de pact. Ideoque leges humanæ non possunt hic quicquam statuere, non possunt concedere, quod divina lex prohibet. Dei autem lex non vult accipi usuras: ideoque recte statuit ecclesia, ne acciperentur. Sed nolo istud chaos disceptationum ingredi, satis sit ostendisse, Canonico jure non esse concessas absolute. Qui plura hujus rei

NB.

jus rei desiderat argumenta, consulat Practicam Ferrariensis
 de usuris, ubi multa nec minus firma licebit videre argumenta.
 Cæterum de jure Civili hic quæstionem nobis movebunt LL.
 Doctores. proferunt enim titulum 32. libr. 4. ex Codice, ubi
 usuræ conceduntur. Respondetur breviter: Imperatorem non
 jubere usuras easdem imponere; sed improbitati fœnerato-
 rum modum ponere. Maluisset pius princeps, Christianos
 populos simpliciter fidem Petri (ut loquitur) sequi, quod si
 fieret, non erat opus illo titulo in totum; Quemadmodum
 Moses invitus legem de repudio tulit, Christo teste. Sed
 ut illa propter duritiem extorta est & lata, ut meta impro-
 bis maritis poneretur, & piæ matronæ spem haberent salu-
 tis: ita de usuris dici potest: Imperatorem victum improbitate
 usurariorum, & querelis subditorum, in quorum gratiam
 illas limitationes posuit. Quod ut melius intelligi possit:
 Verba limitationum adducamus: Ita loquitur Imperator:
 super usurarum quantitate, etiam generalem sanctionem fa-
 cere necessarium duximus; Veterem duram & gravissimam
 earum molem ad mediocritatem deducentes: &c. Quem lo-
 cum universum si quis legat, omnibus etiam inspectis legi-
 bus illius tituli, nihil aliud reperiet, quam Imperatorem ne-
 cessario remedio obviam voluisse ire avaritiæ, & insatiabili
 libidini usuram exercentium. Diximus jure divino & hu-
 mano illicitas: videamus quomodo etiam naturæ repugnent,
 bonis moribus & utilitati Rerump. Contra naturam illas
 esse, expresse docet Cicero, & ante illum Aristoteles. Cice-
 ronis verba sunt in 3. off. Detrahere alteri, & hominem ho-
 minis incommodo, suum augere commodum, magis est con-
 tra naturam, quam mors. 2. Aristoteles lib. 1. Pol. cap. 7. U-
 suraria acquisitio est maxime contra naturam; ratio est, quod
 res per se sit sterilis pecunia, & minime apta πρὸς τὸ τοκεῖν.
 3. Pugnat etiam cum æqualitate, plus accipit, quam dederit,
 & suum commodum quærit, cum alterius detrimento. 4.
 Refert Cicero de Catone, illi fœnerari idem fuisse quod ho-
 minem occidere. 5. Beatissimæ fuere gentes priusquam has
 noscerent artes. Germanos olim ignorasse usuras ferunt.
 Felicissimi tum fuere, qui soli Romanis sese auderent oppo-

82 PART. I. ARTIC. IV. DE JUSTITIA & ÆQUIT.

nere: hodiè in deliciis, & ære alieno, gloriam bellicam & Germanicam integritatem amisisse videntur. Inde etiam eo nomine felices censentur, quod ignorent usuram, teste Æliano lib. 4. cap. 1. Nec id immerito. Nam usura exhaurit familias privatas, agros & prædia onerat intolerabili exactione: homines ipsi à laboribus avocantur, mutuata pecunia abutuntur computando aliisq; artibus otii. Hinc nova consilia petuntur, ut usuris occurrant, fiant usurarum usurae. Hinc tandem odia, obtreccionem, seditiones contra magistratum ordinatum: quod Germania in rusticano tumultu didicit. Et nisi omnia fallant, nos aliquando res edocebit. Has calamitates prævidentes viri boni, olim sæpe eas coërcuere. Agis Athenis dicitur omnes tabulas usurarias concremasse, igni in medio foro excitato. Unde lepidum illud Agesilai dicitur, se nunquam aliud clarius lumen in vita vidisse, quam hunc ipsum ignem. *Lycurgus* Sparta optime consulturus, è tota Sparta usurarios expulit. *Cato* totam Siciliam ære alieno oppressam liberavit, magna cum laude, insula fœneratoribus ejectis. Apud alios usura in eo fuit odio, ut furem apertum duplo punirent, usurarium autem quadruplo damnarent. Alii si non in totum tollere possent; tamen sæpe emendarunt. Inde centesimæ sæpe revocatae sunt, cum eas excederent fœneratores: quod facit locus Imp. prius citatus. A *Lucullo* in Asia, magna cum laude est repetita centesima, ut testatur *Plutarchus* in vita *Illius*. *Cicero* de se refert, ad *Atticum*, ad finem lib. 5. in Sicilia se omnia reperisse exposita fœneratorum fraudibus: quos coërcuerit repetitis centesimis, ac citat *SC. de centesimis ducendis perpetuo fœnore*, in creditorum causa. *Alexander Severus* trientariam constituit, cum nonnullos fœnoris causa agro paterno exutos intellexisset. *Antonius Pius* Imp. ipse trientariam exercuit, ut plurimos juvaret. Et quid moror in hac commemoratioe? Res ipsa & usus quotidianus clamat, quam sit detestabile malum hoc. Sæpius audiuntur voces illæ à viris cordatis: Instrumenta usuraria aliquando corrigenda, quemadmodum patrum memoria sunt cor-
recta

recta Pontificum diplomata indulgentiarum. Non careret causa ista fautoribus, modo dexter aliquis prodiret Agis, Lycurgus, aut Cato: sed desino de his frustra conqueri. Ad finem lubet annectere theses olim Wittebergæ de eadem re publice excusas. Thesis I. Cum usura nedum jure positivo: Sed etiam utroque tum veteri tum Novo Testamento, tanquam in se mala, prohibita sint à Deo, ideoq; nulla potestate, etiam suprema dispensari possint, ut sint & reperiantur licita: Sequitur quod stipulatio usurarum est nullius momenti: I I. Sunt autem usurarii seu fœneratores quicumque ex pecunia mutuo data vel minimum etiam obolum, vel haultum frigida aquæ, ex conventionione ultra sortem recipiunt. III. Ex quo infertur, quod recipientes ex conventionione quinque florenos de centum mutuo datis, & pertinaciter adherentes hujusmodi quantitatem de 100. licite & sine peccato recipi posse, ultra pœnas quas de jure positivo incurrunt, non tantum peccent. & Deum maxime offendant: Sed etiam tanquam raptores & hæretici sint censendi. Quæ multo magis procedunt in usurariis nostri temporis, recipientibus de 100. 15. vel plures florenos. 4. Nec tales usurarios, usus seu consuetudo, quæ ab ipsis ex infatiabili eorum avaritia prætenditur, excusat, cum non consuetudo, sed proptie & vere corruptela dicenda sit. &c. De qua severissima censura Aretii quid judicandum sit, explicat D. Gerhard. T. 6. L. Th.

13. Hæc cum Aretio Magnus Theologus noster: Ad cujus notata pag. 60. f. adi. otamus: Imò Jus Canonicum & ejus Interpp. aded absolutè usuras damnasse, ut mentalem quoq; per omnes figuras profligaverint. v. Caietan. Sylvest. Armill. alios, in summis suis. verb. usura mentalis. Azor. Institut. moral. part. 3. lib. 5. sub tit. de Usura. cap. 16. Iohan. Valer. different. Vtriusq; fori, verb. usura, different. 8. Ludov. Lopez, in instruct. conscient. tom. 1. cap. 205. Gutierrez lib. 1. Canon. question. cap. 39.

Sedem illi disputationi præbet in Decretalibus cap. 10. Ext. de V. Corollariis. Ex quo, Corollari loco & ut disputationis amaritudinem, problemate philologico dulcoremus atque obfirmemus: non sine causa ambigitur: Quid in veif. & utrum, designet phrasim: *parabolam juramenti concedere*: *Introd.* v. integrum hi verbis proponitur: Vtrum eodem reatu criminis involvatur, qui, ut vulgò dicitur, non aliter *parabolam juramenti concedit*, donec, quamvis sine exactione, emolumentum aliquod inde

Corollariis
hum
disp. 28
Ad cap. 10
Ext. de V.
jur.
inde



64. PART. I. ART. IV. DE JUST. & ÆQVIT. ALT. TANT.

inde percipiat? *Tancredus* Archidiaconus Bononiensis in *gl. cap. 12. Compilat. 1. cod. tit. ap. A. Augustin. pag. 682. f.* locum sic exponit: Non aliter prorogat terminum, quo tenetur debitor per juramentum, solvere certa die. Supponit ergo: Creditorem mutuassee pecuniam ad certum terminum solvendam, & debitorem desuper jurejurando adstrinxisse: Terminum adproximante debitorem dilationem petuisse: Creditorem em prorogationem & relaxationem indulgere noluisse, nisi emolumento quodam exhibito. *Tancredum Panormitanus, Hostiensis & posteriores plerique omnes sequuntur. & Visian. in Ration.* Sed hujus explicationi nec subiectum, nec prædicatum convenit. Nam ne dicamus de creditore & debitore, isto casu, nullum verbum referri: nec de pacto jurato quicquam memorari: Parabola nullibi dilationem notat, & *Vossium 4. Institut. Orat. cap. XI. sect. 6. p. 216.* Oportet itaque hic *ἄλλω δῆλον βαλαβίλει.* *Molinæus in not. ad d. cap.* per parabolam, periculum juramenti intelligit, *arg. l. 17. & 18. C. de Episc. ubi, Parabolani dicuntur, clerici, qui ad curanda debilitum corpora operam Ecclesiæ offerunt, nullum contagionis periculum reformidantes, sed in omnia se pericula conjicientes. ais recte Wagehâlfe. & Dn. D. Richter p. 2. Orat. 19. Cuius collectanea magnoperè commendat Dn. D. VValther. de Metat. cap. 15. §. 122. Origo vocis est a Gr. παραβάλλειν. Salmas. de modo usur. p. 198. quod absolutè idem sonat, ac παραβύβειν id ibid pag. 197.* Sed præterquam quod expositio ista, nullam commodam admittit applicationem: Advertendum est Pontificem Urbanum (qui Anno 1185. sedem tenuit & seq. anno mortuus est) phrasin hanc ad vulgi Brixienfis idiotismum referre; (*Directum enim fuit breve seu rescriptum ad Brixensem Presbyterum: uti collectionis prima inscriptio palam præfert*) Videndum ergo quid eo tempore vulgò vox, parabolæ, notaverit. Quod si ejus & anteriorum (æ. ulorū scriptores consuluerimus, depræhendemus, parabolam & verbum parabolare, solenne verbum (detorta fortè significatione ex prælectione Evangelica, in qua frequenter parabolarum mentio occurrit;) denotasse, *velut ex Capitulis Caroli Calvi & Successorum ostendit Vossius lib. 4. de Vit. Serm. cap. 16. pag. 70.* Constat etiam (*vel ex Formulæ Marculphi 110. 160. & in primis 157.*) juramentorum formulas, quibus pleræq; controversiæ transigebantur (*vid. Leg. Alemann. tit. 6. Olavum VVormium lib. 1. mon. Danic. cap. 10. pag. 72.*) in capellis palatii, præcunte sacrificulo, fuisse recitatas, sive ut loquuntur, datas & depositas. Hoc officium cum gratis præstandum esset: Differre solebant officiales, qui emolumentum captabant tacitè. Hæc nostra conjectura est: quæ si cupiam minus arrideat, cogitet: Difficilia esse & obscura omnia *μοναδικὰ* dicta, ad quorum illustrationem nihil possis ex aliis scriptoribus mutuari. *Casaubonus epistol. 28. pag. 28.* Interim ex eo quoque exemplo patet, quanto periculis majores, omnem fœnoris & uturæ imaginem, sint detestati, *conf. cap. 11. & 1. tit. ibid.*

EXAMEN ERRORIS FORENSIS,
Q U O
MODVS VSVRARVM,
AD ALTERVM TANTVM RE-
STRICTVS, USU CENSETUR
ABOLITVS:

D. O. M. A.

*IN GRATIAM DVBITANTIVM DENVO
Publice & Solenniter institutum,*

SUBPRÆSIDIO

DN. JOH. OTTONIS TABORIS,
JC. & IN FLORENTISSIMA ARGENT. UNI-
VERSITATE CODICIS FEUDORVMQVE PROFES-
SORIS CELEBERRIMI, JURIDICÆ FACUL-
TATIS SENIORIS, PRÆCEPTORIS
& PATRONI SUI VENE-
RANDI,

*PropONENTE & PARTES RESPONDENTIS
SUSTINENTE*

JOH. WOLFGANGO BENEJGEM
RATISBONENSI

*Ad diem 6. Februar. M. DC. LI.
Horis locoq; consuetis.*



ARGENTORATI

Typis Heredum JOHANNIS ANDREÆ.

EXAMEN

PHILOSOPHIAE

MODVS

AD

STIPENDIUM

AB

P. D.

IN

PHILOSOPHIA

PHILOSOPHIA

PHILOSOPHIA

PHILOSOPHIA

PHILOSOPHIA

PHILOSOPHIA

PHILOSOPHIA

PHILOSOPHIA

PHILOSOPHIA

PHILOSOPHIA

PHILOSOPHIA

PHILOSOPHIA

PHILOSOPHIA

PHILOSOPHIA

PHILOSOPHIA

PHILOSOPHIA

PHILOSOPHIA

PHILOSOPHIA

PHILOSOPHIA



PERILLVSTRI & GENEROSIS-
SISIMO DOMINO,
DN. FRANCISCO CHRIS-
TOPHORO LIBERO-BARONI
à Teuffenbach/ ic.

DN. SUO GRATIOSISSIMO,
NOBILISSIMIS ITEM AC AMPLIS-
SISIMIS VIRIS

DN. GABRIELI Mosern /
DN. GEORGIO Wärl à Keittenstein /
DN. HIERONYMO Peucheln /

DNNN, PATRONIS ET MECOENA-
TIBUS SUBMISSE COLENDIS

Salutem & Observantiam!



*Lures abhinc anni sunt, Illustris DN. Baro, Viri
Nobilissimi, ex quo parentibus optimis fato suc-
cumbentibus vestrae me protectioni atque clientela com-
misit summus rerum Arbitrator, cum vos necessitatibus
meis, tanquam sacratissimi Tribuni ita intercessistis, ut
de me exornando vobis esset unica cogitatio, & in tantum erga me be-
nevolentia vestra exundaret, ut non creverim modo auspicijs vestris,
sed & quicquid sum, vestris debeam beneficijs; ut s. ex redhostimen-
ti modo de gratitudine judicetur, & vivere ingratus debeam & mori,
ideo quod fortuna vestra longissime exilitatem ministeriorum meo-
rum sit supergressa, ego verò in potestate mea non reperiam constitu-
tum, quod nobilitati operum vestrorum possit comparari. Quod si
tamen voluntatis etiam, ubi facultas deest, habenda ratio, illud equi-
dem nullus negavero, me vel principem inter clientes vestros locum
postulaturum, qui obsequioso vos cultu demereri, & magnificum no-
men vestrum animo promptissimo celebrare satagunt. Cujus obser-
vantiae publico aliquo monumento contestanda dum tempus & occa-
sionem*

tionem operiebar, auspiciò sese obtulit, & in amorem sui pellexit
ingens debitorum infeliciùm ALTERIVS TANTIVS VARRII
Palladium, DN. D. Taboris ope & laboribus ex profun-
do Iurisprudentiâ, & in specie l. 27. §. I. C. de usur. & textibus pa-
rallelis erutum, congressibus aliquot academicis à commilitonibus
meis publicè hæctenus ventilatum, & ab iniquitate, cuius iniquissimè
insimulatur, strenuè assertum: Quibus me socium adungere, ejusq;
portionem tertiam (beneficium istud ab interitu & internecone, cui
ab adversarijs traditur, vindicantem) suscipere defendendam libuit,
frontispiciùmq; materiæ, sua luce satis clara, augusti nominis vestri
splendore illustrius reddere; vel hoc argumento quantulamcunq; The-
midi navatam meam operam probaturus, Generositati autem vestre
& Nobilitati certissimum obsequij cultusq; æviterni testimonium ex-
hibiturus. Accipite ergò, Mecænates venerandissimi, munus hoc lite-
rarium, alienâ quidem sollicitudine (mearum enim assaniarum non
ita me aut amor tenet, aut latet pretium, ut illas conspectu vestro di-
gnas judicem) exasciatum, eâ tamen virtute à cliente vestro adau-
ctum & donatum, ut & securos vos reddere queat, non omnino in me
collata periisse beneficia, & devoti erga vos animi perseverantiam
contestari: accipite, inquam, solitâ benevolentia & humanitate, quâ
me ipsum hæctenus estis persecuti; saltem propensam voluntatem esti-
mate, quâ oblatum, licet exiguum, pro sexcentis meritis valebit.
DEVS vos conserveat sopites incolumesq;, Patroni optimi, Maximi;
Valet & favoris vestri rivulos derivare pergite in

Illustr. Generos.

Nobilit. Vestrarum

Per scriptum Argent.

1651.

devotissimum

JOH. WOLFG. VENETVM

*Consultationis Academica, de beneficii. 27. §. 1. C. d.
Usur. & text. parallelorum*

PARS II.

In qua disquiritur:

An Justiniana, *De modo Usurarum intra alterum tantum
cohibendo*, Legislatio, contrario jure scripto vel
non scripto, in Imperio Romano abrogata sit?

ARTICULUS I.

Exponit & recenset authores, qui diversis licet machinis,
omnes tamen in abrogationem & expugnationem
juris Justiniani, *de altero tanto usurario*,
conspirant.

I.



Uod Legislationi Justinianæ in universum
accidere videmus, ut fiderati quidam homi-
nes, *vid. Joh. Fichl. Borus. considerat. juridic.
polit. de Imperio absolutè & relat. consid. pag. 3.
§. pestilentissimorum.* nec hi tantum; sed alii
quoque, humaniorum studiorum, imò ipsi-
us quoq; Jurisprudentiæ cognitione non le-
viter tincti, ritulis certè ornati, in contemptum & despectum
divini muneris varia effundere scommata, eaque teneris stu-
diosorum animis instillare non vereantur, nec erubescant:

In quibus excellunt *Hottoman.* in Antitribon. (si is ejus ingenii ve-
rus fœtus est, nec ut videtur, hypobolymeus) *B. Argentanus*, in con-
suetud. Burgund. *art. 457. n. ult. & passim.* *Autumnus* censura
Gallic. in leg. Roman. *Galli alij. Tum Hippol. à Lapide* de ratione
Status. præfat. pass. ut *Lipsium* & alios Criticos Jurisprudentiæ pl⁹
æquo intestos, taceamus, *Hugonem* Floralitium & florum sparso-
rem, tacere non possumus: Ferè enim accidit, ut qui in religione
una manu turbant; sororem Pietatis, Iustitiam & Jurisprudentiam
altera manu affligant: Ejus *in florum sparsione* ad Ius Justiniane-
um, verè puerili, tanto certè Jurisconsulto, & Semone (ut salutari
amabat) indignâ, hi sunt flores, in laudem Juris Justiniani, sub i-
nitium notarum ad Codicem Justiniani, mihi pag. 270 sparsi, & è
calathis maleolentibus effusi Nihil incertius hoc jure. (*quot Ver-*
ba; at

Convitia
H. Gr. à Ju-
stinian. Co-
dice & na-
pòd & abste-
la.

ba; tot calumnias, ne dicam mendacia, legis; quid ni enim οὐκ ἔστιν
 οὐκ ἔστιν? Aut cur parcamus hominibus subditis, qui non pepercerunt
 Imperantibus, quorum sanctas constitutiones passim suggillare non eru-
 bescunt; Non Deo ipsi, cuius filium Δαυΐδ ποσειδων, antiqui fæde-
 ris pignus, nucleum & thesaurum, ex universis promissionis illius
 Tabulis, plusquam Iudæica temeritate profligare sategerunt. Sanè
 juris certitudinem in omnibus suis Constitutionibus Principes cū
 maxime spectarunt, & spectandam esse censerunt, l. certum jus
 est l. C. qui manum, non poss. l. 2. ibi: jus certum est C. de solut. l.
 mō certissimum l. Gens. 2. C. de in jus Voc. l. 18. C. de excus. tut. l.
 17. C. ad l. Falcid. aquè ac Iureconsulti l. si cui 49. ibi certo jure u-
 timur. de legat. 1. & alibi passim. Adhib. nuperrime disputata
 ex prolegom. casuum pro amico, Amplius. Dom. Antecessoris Bit-
 schii p. 10. th. 18.) Pauci Principes in jure condendo leges veteres &
 earum peritos consulere, ut Severus: (contra l. humanum. 3 C. de
 Legib. §. cumque 3. prooem. Instit. ubi Harprecht. & cæteri pr. Inst.
 de Codicill. Conf. Morlam in empor. jur. part. 1. tit. 1. quest. 3.) Ple-
 raque ad gratiam facta: (quarum merito a tanto Philosopho, quomo-
 do per rerum naturam Ius universale componi possit ad gratiam? &
 Arist. 1. Rhet. 1. §. sed & quod 6 & planè Inst. de l. N. G. & C. §. 1. ibi.
 Aug. gratiā personarū mot. Inst. de fideic. her. An non ideo jus scri-
 ptum prætulere sapientes arbitrariorum vel æquissimorum hominum re-
 gimini, ne gratiæ aut gratificationi hic locus sit. Aristot 3. polit.
 c. 12 (cujus accurratam disputationem merito laudat D. Geilfus.
 Exercit. polit. 4. n. 2. Casus. spbar. C. vit. 3. c. 11. Besold. 2. polit.
 2. n. 29.) scilicet quem nec in prætoribus, aut iudicibus tulissent Princi-
 pes, hunc ipsimet in legibus ferendis admississent gratiæ locum l. 24.
 §. 17. ibi ne aliquam gratiæ suspicionem prætor subeat, de fidei-
 commiss. libertat.) Vnde Macrinus omnibus Principum rescriptis
 auctoritatem adimere voluit (Egregium Chronologum! Macrinus,
 qui sub initium seculi tertii vixit, voluit rescriptis Principum in
 Codicem Iustinianæum relatis auctoritatem adimere, quod ad gra-
 tiam facta essent; quorum pleraque, si Hadriani, Antonini Pii,
 M. Antonini & Veri, Elisi Pertinacis, Severi & Antonini excipi-
 pias, demum post seculum unum atque alterum facta sunt: Ita
 præ insidiis oculatissimi Themidos hostes cæcutiunt! & Cujac. l. 2.
 quest. Papin. in l. 8. de postulando p. 24. D. ubi veram consilij Ma-
 criniani sententiam è Capitolino aperit. Sequitur ultimum ca-
 lumnia & splendidissimum argumentum?) In Iustinianæis autē
 legibus magnam partem habuit Theodora, quæ muliebris sexus
 semper, & sæpè ultra modum miserebatur. (Quasi verò inter oppro-
 bria numerandum sit Imperatoris, si uxoris, artium imperandi nõ
 ignara, consilium admittat. Nov. 8. c. 1. ibi. Hac omnia apud
 nos cogitantes, & hic quoque participem consilii sumentes eam, qua
 a DEO

JVS JUSTINIAN. DE ALTERO TANTO VSVR. DISPV. 67

à DEO data est nobis, reverendissimam conjugem l. bene à Zenone 3. vers. eodemque modo. C. de quadrienn. praeser. quod nec in Augusto reprehendit Antiquitas, nec in bono patrefamilias Oeconomia feliciter instituenda sapiens consultor & l. 5 §. 8. de admin. tue. Hillig. 23. D. E. c. 2. lit. y. An verò legislationis illa pars, quae mulierum miseretur, muliebribus & infirmis suffulta est rationibus? An non disorum retrò Principum, imò ipsius Legis XII. Tabularum auctoritate satis illa stabilitur & statumitur, & item Vetustas 15. vers. Dixi autem Principes. Inst. de hered. qua ab intest. l. lex XII. Tab. 14. C. de legitim. hered. l. maximum Titium. 4. C. de liber. praeter. frustra diss. Harpr. ad ult. Inst. de hered. qua ab intest. 7. Sed bene est, quod illi quoque Auctores, et multorum incautorum fascinatorum, auctoritatem omnem ademerunt errorum doctissimorum censura V. Simplicii Verini ad Iustum Pacium epistolam, Laurentium in Grotio Papiante. D. Hülsemannum R. Gerh. Maresiū, Morū, Alios Cateris Turbatoribus, si ve ut nunc appellatur Schermeris & Viceltanistiis, suis locis seorsim satis fiet, Cōf. Hillig. in praefat. ad Lector, & passim, Treutl. 1. Disp. th. 5 lit. a. Locam, quest. Inst. pr. Limn. lib. 8. Jur. Publ. c. 8 n. 46. & seqq. Dd. ad Auth. Habita C. ne fil. pro patr. Auth. Cassa C. de SS. Eccl. Auth. Sacramenta puberum. C. si advers. vendit. Constit. poen. nal. Carol. V. cap. 218. Recept. Imper. V. Formatiens. de Anno 1495. sub rit. Von Gotteslästern. §. 31. vers. Demnach ac Const. seqq.

Quod ergo Legislationi Justinianæ in universum ita videntur accidere: Idem inquam, huic quoque juris parti, quae de altero tanto usurario disponit, accidisse deprehendimus: LICET enim Imp. l. 26. §. 1. inf. & ll. seqq. C. de usur. ac novellis parallelis, quibus debitores qui Usuras ad duplum sortis usque solverunt, deinceps à sorte & usuris praestandis liberi esse jubentur: usurpationes atque interpretationes contrarias omni studio praecavere annis sit; v. art. 2. §. 3 & 4. praevaleuit tamen libido dissentientium, qui partium fortè affectu praecipuati, in diversa pleraque discessere. (Vt de calamitate temporum, qua barbaries omnes bonas leges oppressit, nihil queramur. V. Molin. in praef. tr. de Usur. ante n. 1. Cum eo dementia Pyrrhonica nostri devenerint, ut vel calamitosa illa tempora cum certitudinis legalis felicitate gestiant commutare.)

Nonnulli enim Dd. jura superius adducta de sede Majestatis manifesto proturbant, sacrilegio dicamus, an facinore? praetendentes; Moribus ea nostris penitus in desuetudinem abiisse. Alij, paulò modestiores, tot tantisque definitiones Justinianae

63 PART. II. ART. I. RECENSET DOCTOR. QUI CONTRA

aneas determinant ac circumscribunt limitationibus atque distinctionibus, ut eundem penè, quem illi directò, hi obliquis impetitionibus suis, scopum, (abolitionis legum) intendisse videantur. v. *Ant. Matthæus ad l. 48. D. tit. 15. cap. 5. pag. 754.* De quib⁹ authoribus eorundemque rationibus idè paulò prolixius acturi sumus, quod in ipsa authoritatis originariæ investigatione, error manifestissimus, juxtimque verum esse effectum illud, commonstrari possit, quo dicitur, Doctores quosdam aves imitari: Ut enim hæ prævolantem inconsulta facilitate sequantur: sic istos non exploratis rationibus, cum his quorum authoritate fuerunt perculsi, cæca credulitate transire. *Ph. Decius. Consil. 499. n. 12. Zasius lib. I. consil. 4. n. 16. Joseph. Ludov. conclus. 70. n. 11. Hartm. Pistor. 2. quest. 15. n. 50. iterumque quest. 5. n. 14. & observat. 226. n. 80. Argentæus ad Consuetud. Brit. artic. 418. gl. I. n. 10. Contra monit. 4. Imperat. l. 1. §. 6. C. de V. I. E. Confer. Antonius de rescript. morat. tit. 9. conclus. 52. lit. 8. & t. pag. m. 542. iterumque conclus. 63. lit. pp. 99. pag. 662.*

Antesignani primæ phalangis Dd. Modū alterius tãti, reprobantium. 2. Et quantum quidem nostra tulit indagatio, inter Exteros primæ abrogationis hujus partes ascribi solent Johanni Petro Surdo Casalensi, Jcto, nec antiquo admodum (utpote: qui sub finem ferè seculi superioris scripsit) nec omni exceptione majori: Apud nos autem præcipua authoritas assignatur P. Fridero Mindano, qui *lib. 2. de Processibus cap. 71. pag. 506. n. 21.* hunc in modum de problemate isto perorat: *Ius scriptum (de altero tanto) ex probabili legitimarum usurarum ratione hodie non attenditur; sed quamdiu mutuum durat, tamdiu præstantur usura & pensiones, etiamsi ad centum vel mille annos duraret obligatio: Solam enim Iudaicam usurarum flagellationem & nesechdamnamus, quia a usuris usurarū, isti, uno eodemque anno, de die in diem, de mense in mensem numerant, ut pro centum annuis vicenos florenos vel thaleros pensionis loco computent.*

3. Horum duorum autoritatem (neque enim superioris ætatis utcumque fortè sint, v. *Berlich. 2. conclus. 38. n. 37.* vulgo laudantur antesignani alii: nec diligentissimi legum abrogatarum observatores, Philibertus Bugnon & Petrus Guynois, ullius in hac parte abrogationis meminerunt, aut contradictores ex

JURIS JUST. DE ALTERO TANTO USUR. DISPUT. 68
 res ex antiquioribus laudarunt: v. Grönemeg. ad l. 27. §. 1. C.
 de Usur.) postea complures alii sequuti sunt; puta Consultif-
 simus Ernestus Cothmannus 2. Consil. 52. n. 259. ubi fere ipsa
 Frideri verba modo recitata expressit, Christoph von Hagen de V-
 sur. cap. 5. n. 128. itemq; n. 162. & n. 230. Anton. Matthæi Col-
 leg. Pandect. diss. 30. thes. 25. & alij. Sed & in Gallia jura ista
 abrogata esse, asserere videtur modò nominatus Bugnon, de le-
 gibus abrogatis, tit. 1. satyra. 4. pag. 20. vers. Ea vero, Anton.
 Mornac. in Observ. pract. ad l. si non sortem 26. §. 1. de Condict.
 indeb. inquit: frustra nos in angiportu isto hærerere, cum &
 supra duplum & longe ultra sortis summam, atque adeo in in-
 finitum exigi possint à debitore usuræ. Et alibi, in Commen-
 tario ad l. 10. C. de Usur. jura ista nihili hodie esse apud Gallos,
 excurrentibus quippe in infinitum ejusmodi pecuniis annuis,
 perpetuaque aded sorte, ut ad eam cogi debitor nunquam pos-
 sit. Sequitur B. Autumnus ad §. cursum insuper usurarum l. 27.
 C. de Usur. pag. 201. Grönem. lo. indicato.

4. Alii licet reverentia Majestatis legum, non audeant
 totam istam legislationem in spongiam immergere: Vim ta-
 men ejus variis partim limitationibus, partim distinctionib;
 (uti præfati sumus) eludere satagunt, ceu videre licet apud
 Matth. Berlich. 1. decis. 30. n. 2. & seqq. In quibus sane omnes
 reliquas, audacia postulationis, superat illa limitatio, qua con-
 stituitur, jura superius adducta, vim suam amittere, quoties
 Usuræ nõ ut Usuræ petuntur, sed tanquam interesse, Berlich. d. n. 2.
 Quam limitationem etiã, quod mirère Dn. Carpz. alias pro vi-
 gore istarum legum pronuncians, admittere videtur, p. 2.
 Jurisprud. forens. Constit. 30. definit. 28. n. 5. per l. 3. §. 8. de eo
 quod certo loco. Atqui, (subsumunt alii,) hodie omnes usuræ
 non ut Usuræ petuntur, sed ut interesse: præter Cothmann. &
 Hagen supra allegatos, Sichard. ad rubr. C. de Usur. num. ult.
 Philipp. Zorer in seinem Bedencken. quest. 5. n. 450. cum seqq. &
 quest. 12. n. 102. Qua de causa etiam pragmatici junioribus
 Advocatis hanc instillare cautelam solent, ut sc. in libellis su-
 is potius ad interesse, quam ad Usuras restituendas concludant.
 Matth. Berlich. 2. Conclus. pract. 38. n. ult. Planè ut Poëta ille
 Gallus in mores hujus ævi ludens, canit: On ne prest plus à u-
 sure,

Secundus:
 Ordo Dis-
 sent. Dd.
 conf. artic.
 5.

70 PART. II. ART. I. RECENSET DOCT. QUI CONTRA
sure, mais à interest tant qu' on veut: referente Dn. Arnoldo
Vinnio part. 1. Iurispr. contract. lib. 2. cap. 40. pag. 128. in marg.
sub lit. A. Idem ergò per limitationem hanc & fallaciam effi-
citur, quod per superiorem spongiam: nimirum Jura Justini-
anea hodie non attendi, sed universas in infinitum usuras exi-
gi posse.

Tertius Or- 5. Possent quoque *tertia Classis* eorum constitui autho-
do Adver- rum, qui distinctione quadam rem temperare annituntur, sc:
santium, ut si creditor per negligentiam quotannis usuras non exegerit,
conf. ar- tum usuræ ultra alterum tantum ab eo in posterum peti neque-
tic. 6. ant: si verò eas quotannis perceperit, vel interpellationem se-
mel iterumque adhibuerit, tum illæ utcunque duplum exce-
dentes exigi etiamnum possint. Qua distinctione ad jus Co-
dicis reditum videtur, ut postea dicemus. Facitque pro ea quod
Surdus has Novellas pro authenticis non habet, quia ab Irne-
rio non sint in Epitomen redactæ & legibus Codicis subjun-
ctæ, ut fieri consuevit, quando lex aliqua per Novellas authen-
ticas fuit correctæ. *Qua de re in rationibus Surdianis postea ube-
rius tractabimus.*

6. Quod si Virorum horum, sane merito suo clarissimo-
rum, authoritati in hoc articulo tantum deferimus, ut in Italia,
Gallia, Germania & aliis locis, textus illos nunquam in foro
observatos, aut usque adeo circumscriptos fuisse credamus, ut
à quovis Creditore facile elidi atque eludi potuerint: v. Gröne-
wegen ad Novel. 121. Utique haud plus roboris illis attribu-
endum erit, quam Constitutioni Leonis de esu farciminum; No-
vell. L 58. P. Gudelin. lib. 1. de I. Noviss. cap. 2. Sagittar. in corollar.
disputat. de jure Comit. Palat. aut ordinat. Polit. Bomzutrinck en
de An. 1500. 1530. 1548. 1577. tit. 8. de qua vide Gail. 2. Obs. 110. n.
24. & dissert. nostram de jure obstagii cap. 1. n. 3. aut consulto depu-
tatorum de Anno 86. vide Heig. 2. q. 1. n. 159. aut Constit. Frider. III.
de profligandis juris Dd. apud Goldast. Den Reichs sätzen,
pag. 167. Cum enim ipsæ leges nulla alia de causa nos tene-
ant, quam quod iudicio populi receptæ sunt, l. 32. de LL. (quod
postulatum D. Lutherus etiam probare videtur In der Ant-
wort auff Caietani Fragen Anno 1518. pag. 114. tom. 1. B. ibi
es ist eine Regel / daß also dann erstlich, ein gesatz kräftig sey/
wann

ART. 2. DOCT. REDARG. EX JUGI JUR. IST. VIGORE 71
 wanns von denen bestättiget wird/ die sich darnach richten vñnd
 halten) Consequitur frustra Constitutiones eas esse, quæ tacito
 populi consensu in desuetudinem vicissim abierunt *Mornac. in
 observat. ad d. l. 32. maximè, cum hic non tantum non usus, sed
 etiam contrarius usus allegetur; quo casu imprimis procedit
 dicta regula: quod lex nova usu non recepta, viribus careat,
 & per actus contrarios, spatio decem annorum tollatur. Gail.
 2. Observ. 60. n. 4. vel saltem quadraginta annorum, si contra
 jus introducta sit, & de præjudicio superioris agatur. Idem
 dicto lib. 2. Observ. 31. n. 3. fac. Novell. 4. præfat. ibi. usu vero non
 approbatam & Nov. 161. in præfat. Fateri enim necesse est, in-
 quit *Aristides Rhetor, Orat. 1. de Rhet. ubi lege publicata, alio ta-
 men usu, qui rerum Magister est, vivitur, fieri hoc maxime,
 vel quia utendo comperitur difficultas, non animadversa à le-
 gislatoribus, vel quia tenacior potentiorque malitia sæculi, aut
 etiam quod pœna adversus delinquentes adjecta non sit, nec
 data ulla Magistratibus cura, ut fieret, quod lex nova præcipit;
 in quo ferè semper peccatur à nostris (superaddit *Mornacius in
 Observ. ad l. 32. de LL.*) Sufficiat ergo dicere cum *Feudista 2.
 feud. 11. in fin.* Scio aliter pronunciatum esse. Quid quod a-
 lii & contrarium jus scriptum hic allegant, affirmantes *An.
 1512. in Comitibus Coloniensibus constitutum esse, ut quam diu
 solvantur usuræ fors repeti nequeat, referente Dn. Iohann. Iaco-
 bo Wisenbach in mantiss. 1. diatrib. de mutuo.* Hac cèrte tem-
 pestate sæpenumerò ita fuisse pronuntiatum, ipsimet depre-
 hendimus *Conf. th. ult. art. 6.***

ARTICULUS II.

Quare huic Ddum traditioni non assurgamus: ubi vi-
 gor Juris Justiniani per varias temporum epochas,
 ad extremum usque, in quo vivimus, se-
 culum ostenditur.

I. **T**Ametsi vero gravibus istis viris, eorundemque sequaci-
 bus, plurimum utique tribuamus; & auctoritatem il-
 lorum comiter observemus, gnari, ex sententia Platonis, nul-
 lum

lum majus stultæ audaciæ argumentum haberi, quam Viris magnis se opponere: Referente Keckermanno lib. 2. *Gymnas. Logic. cap. 8.* Atque ut Cicero 1. *Tuscul. quest.* ultro fatetur, se autoritate Platonis frangi, quamvis etiam nullam rationem afferat: Eodem modo nos etiam autoritate præclarorū nominum non moveamur tantum, sed & percellamur, *arg. l. 28. de Reb. auth. Ind. possid. l. si adibus 32. de Damn. infect. in fin. imprimis in isto articulo probandæ consuetudinis, ubi & uni vel alteri magni nominis Doctori fides adhibenda est, per tradita Bartoli in l. 32. quest. 4. de LL. Mascard. Vol. 1. de probat. conclus. 426. n. 1. & seqq.*

Rat. decid.
(1.) à Maje-
state sanc-
entis.

2. Quia tamen hic constituti sumus in conflictu auctoritatis Umbratiliū Doctorum dubiæ: & Procerum Præsidum-que Reipublicæ, Legislatoriæ potestate à Deo Populoque armatorum, assertionis certæ; non tam personæ honorabili, quam legi & rationi terribili, deferendum esse arbitramur, *arg. l. 3. de Testib. gl. in Can. ego, verb. quantalibet. dist. 9. Wesenb. Consil. 2. n. 5. fac. l. 30. & ult. de Acquir. vel amit. Possess. Hartm. Pistor. in Epist. dedic. part. 1. quest. ibi: Quibus ut etate & magno plurimarum rerum usu, ita auctoritate & eruditione longè me antecuntibus, quid probaretur, etsi estimarem plurimi: nisi tamen, cur ita scriberent, ipse etiam intelligerem, & argumentis quibus illi moverentur, mihi idem persuaderent, non assensi, quod non tam auctoritates in judicando, quam rationum momenta querenda esse existimarem.* Hæc ille. Doctorum enim auctoritas tantum probabilis est: Legum v. necessaria. *Aut. Consil. German. volum. 1. Consil. 76. Thoming. decis. 48. n. 23. & sequentibus. Conferatur Lactant. l. 2. cap. 8. ibi: oportet & lib. 5. Cap. 20. ibi: inherentes. Quintil. lib. 10 cap. 1. Senec. cap. 1. de Vita beati. ubi monet, nihil magis præstandum esse, quam ne pecorum ritu sequamur antecedentium gregem, pergentes non qua eundum, sed qua itur. conf. Philip. Melanth. in apolog. August. Confess. Almaric. Bouchardum in epistol. dedicat. Cod. Theodos. ad Antonium Praten- sem, Gallia Cancellarium scripta. Elect. Scatigerea in pueritia colle-*

2. ab ejusd. *ita loco de Auctoritate.*

prudentia,
solicitudi-
ne & cauti-
one.

3. Imprimis autem post legum, Superiore parte indu-
ctarum, auctoritatem, movemur provisione Imperatoria, qua
Justi-

JUR. JUSTINIANEI EIUSQ; IUGI OBSERVATIONE. 73

Justinianus securitati legislationis suae salubriter cavit. Cum enim exacti temporis historia & exemplis edoctus, sagaci animo provideret, homines lucri cupidos, mente parum aqua, excepturos & laturos esse cancellos, suis legibus, eorum avaritiae defixos: defensionem suarum constitutionum contra Veteratorum technas & usurpationes severa monitione munendam esse occupandamque censuit. Itaque in Novell. 121. suo & successorum nomine pro palam edixit, & professus est: Bonum Principem legibus contrarias artes & per fraudem excogitatas confessiones merito aspernari, neque concedere unquam debere ut convalescant: Adde in simili l. eos qui 26. vers. Machinationes C. de Vsur. & textus geminos inferius adducendos, ex quibus Dd. nostri colligunt, consuetudinem, cui lex resistit, nullo unquam tempore introduci posse. Gæd. Consil. 109. per gl. & Cc. in Cap. 1. de Clericis agrot in 6.

4. Movemur deinde *exceptione declarativa*, qua idem Imperator indulto suo recentiori, clausulam casuum exclusivam apposuit: uti patet ex edicto Justiniani 9. cap. 5. Ubi cum exposuisset & argentarios à se petiisse, ne ipsis in mutationibus, quibus vitam tolerarent, constitutio Novellæ 138. (qua nemini ultra duplum accipere quicquam permittitur, siquidem quantum fors & usura faciunt, persolutum sit) obesset: In una tantum specie præteritarum solutionum, & quidem sola, vim dictæ constitutionis cohibuit. Cæterum in reliquis eam legem omnino inviolabiliter, etiam ab Argentariis, custodiri voluit. Exceptio autem firmat, regulam in contrarium l. ex eo 18. de testib. l. 28. §. 8. Qui testam. fac. poss. D. c. in cap. cum dilecta 4. n. 7. de Confirm. utili. Kubach. brocard. 7. pag. 20. Et qui aliqua de regula eximit, accuratius de cæteris cogitasse & statuisse censetur l. quasitum 12. §. 43. Vers. idemque. de Instr. & Instrum. leg. Hazi. Pistor. 2. quest. 27. n. 7. pag. 567.

5. Accedit approbatio eorum Principum, qui Justinianum in imperio sequuti sunt. Nā quod Imperium orientale attinet, de jure hujus jugi observatione, fragmenta Græcorum abunde fidem faciunt: Ita enim in Eclo. βασιλειῶν lib. 23. tit. 3. cap. 72. legitur: οἱ κατὰ μικρὸν ἢ κατὰ χρόνον καταβαλλόμενοι τόποι, πρὸ διπλῶ συμψηφίζονται: καὶ μὴ καδάπαξ ὑφ' ὃν καταβλήθησαν: h. e.

3. à sanctione, & exclusione adversar. usurp. & interp.

4. Ab assensu & approbatione Imp. qui Justinianū sequuti sunt. Orientalium, usura

K

74 PART. II. ARTIC. 2. DOCT. DISSENT. REDARGUIT:

usuræ minutim & diverso tempore solutæ, cum duplo compensantur, etiam si non universæ simul solutæ fuerint. Et in c. seq. 73. pergunt Eclogar. præsens constitutio declarat, usuras particulatim solutas, duplum debitæ sortis non excedere; *quæ capita Gothof. apposuit tit. C. de Vsur. ut l. pen. & ult. efficerent*. Idem testatur Scholiastes & Glossographus ad eundem locum. *Adhib. Basilica Fabrotti. lib. 24. tit. 6. pag. 550. ibi. ὁ πῆρ το διπλὸν ἐχ ἐπιρωτᾶται τόκῳ ἢ τε ἀπιτέλειαι; ἢ καταβληθεὶς ἀναλαμβάνεται: i. e. Usura supra duplum in stipulatum non deducuntur, nec exiguntur: Et quæ eas solvit, reperit. Quæ sententia est l. 26. §. 1. De Condict. indeb. De qua sup. pag. 28 Harmenopuli testimonium nec Mindanus supra citato loco dissimulare potuit, quippe quod in usuali editione Dn. Dionys. Gothofredi ad d. l. 10. C. de Vsur. verbotenus expressum deprehendisset. Michaëlis Attaliatæ (qui synopsis Basilicôn Michaelis Ducæ Imp. jussu, An. ejus Imperii 3. circa A. D. 1070. conscripsit) itidem manifesta attestatio extat: Synopses tit. 20. in fin. ibi, Ἐὰν οἰκαταβαλλόμενοι τόκοι συμψηφίζόμενοι, φειθήσοι διπλὸν τὸ κεφάλαιον, πύεται τὸ χρέος: id est: Si usuræ solutæ, cum computantur, sortem duplam efficiunt, debitum extingvitur.*

Et §. Occidentalium.

6. Quod ad Occidentale Imperium vel saltem Imperantiû in illa Plaga, sententiam & voluntatem attinet: Ausim etiam contra Molinæum (supra citato loco) contendere, ne sub ipsis quidem Gothis hanc legislationis partem evulvisse. Alaricus enim (ut post historicos docet Cujacius, in Epistol. ad Redingerum & Ranconnetû. C. Th. præfix.) cum Romanos, quos armis subegerat, præterquam quod legibus Gothorum obligari se molestè ferrent, cæterum dicto audientes cerneret, alias leges Gothis dedit, alias ex Romanorum libris, suo tamen arbitrio decerpi, quibus Romani inter se uterentur, facile passus est: Ac in eligendis istis, non medicastri cujusdam, stationis suæ & matularæ desertoris, aut fatuelli alicujus πολυπρόγυμον. Sed Aniani, Viri spectabilis eum opera usum, ex subscriptione authoritatis, à Petro Ægidio, Antuerpiæ primum editæ, liquido constat. Hic vero Anianus in not. ad lib. 2. sent. Paul. tit. 14. §. 1. disertè eo tempore scripsit: In pecuniis creditis, cum solutio Usuræ
rum

EX AUTORIT. IMP. AC INTERPRET. CODIC. ET NOVELL. 75
rum sortem æquaverit, si quid amplius Creditori datum fuerit,
de capite debiti subtrahi: si vero & centesima & caput imple-
tum sit, quod amplius creditor acceperit, reddere eum cogi de-
bitori. Hæc Anianus.

7. Quod ad posteriora tempora, restituta per Lotharium Germano-
& Irnerium Legislationis Iustinianæ, v. nuperam Relat. Bononi-
ensium, à Nihusio primum; deinde à Conring. editam: Licet decre-
tum aliquod ostendi nequeat: quo nec opus fuisse fatetur ipse Con-
ringius de O. I. G. cap. 23 pag. 113. Calvis. An. 1137. attinet, vitio e-
quidem seculi & ignorationis bonarum literarum contigit, ut
nonnulli interpretum textus ff. & Cod. restringere ad usuras
unius anni conati sint: Verum qui legem 27. §. 1. C. de Usur. &
Novell. 121. 130. atque 160. pro abrogatis profiteri ausus sit, ex
Veteribus Glossatoribus (Placentino, Hugolino, Azone, Odo-
fredo & similibus) vix aliquis, neque plures ex Interpretibus
sæculi posterioris, produci poterunt.

8. At hujus & superioris sæculi Dd. (ad quos vel maxime 7. Porro
nobis respiciendum fuerat, in probanda contraria sæculi recen- testimonio
tioris consuetudine, patriisque moribus) uno ore calamoque Interpretū
pro vigore legislationis Justinianæ decertant: & nominatim Codicis.
post Alciatum & ceteros superius allegatos, Cujac. in parat. C. de
Usur. itemq; in Comment ad l. 10. C. de Usur. ubi ita scribit: No-
tandum Usuras supra duplum non deberi (altero tanto sorte
amplius: Ut si fors sit centum, usuræ 200.) (ita locus est sup-
plendus) nihil amplius præstabitur usurarum nomine, quia u-
suræ æquaverunt sortem: sed quicquid postea præstabitur sor-
ti (diluendæ vel dispungendæ) cedit: igitur in hac specie, si de-
bitor 200. solverit, liberatur tam à sorte, quam ab usuris: I-
temque in recitatione Codic. de sent. quæ pro eo quod inter. pag.
1093. lit. D. ubi animosè; Usura inquit, sive sit fœnus sive non
sit, quacumque ex causa infligatur, non potest excedere dupli-
quantitatem. Nam ubi usuræ æquaverint sortem, quod po-
stea usuris supernumerabitur, deducitur de sorte: ut si pretium
sit decem, non potest venditor ex mora consequi ultra decem
usurarum nomine: denique solutis 20. liberatur emptor & à
sorte & ab usuris & extingvitur actio pretii. Et in lib. 3. re-
spons. Papin. ad l. 4. de naut. fœnor. Regulariter inquit, ubi u-
suræ

76 PART. II. ART. II. DOCT. DISSENT. REDARGUIT:

usura æquaverunt sortem (ut si fors sit centum, & usura jam effecerint centum, quod est duplum h. e. alterum tantum) consistunt usurae, nec ultra excurrunt. Cujus suae sententiae a deo secutus atque certus est, ut eam non dubitet definitioni usurae inserere, *in parat. C. de usur.* quam his verbis proponit: usura est reditus pecuniae creditae, qui debetur à tempore contractus, vel à tempore morae, in diem, quo ea pecunia solvatur, vel quo ejus reditus pecuniam, h. e. sortem æquaverit: Nam usura ubi æquavit sortem, quod postea usurae supernumeratur, deducitur de sorte. *Et in parat. C. seq. tit. de naut. sen. usurae* quae taxationem habent annexam duplo finiuntur. His primipilis accedunt Donellus *ad l. 10. & 26. C. eod.* Hubert. Gifā. Dionys. Gothofr. Francisc. Raguel. *in comm. ad decis. 147. l. 27. C. de Vsur.* Hot. *in disp. de Vsur. passim, & imprimis c. 10. & 11. Wesemb. in comment. C. de Vsur. n. 21. Vers. materiae, ibi: Ultra sortis quoque summam usurae non exiguntur ad dupli computationem: desinunt igitur & finiuntur postquam sortem aequarunt.* Taldenius (qui alias abrogationem vel innovationem juris diligenter solet annotare) *in Comment. ad dict. tit. C. de Vsur. n. 5.* Anton. Perez. *in parat. ad eundem locum n. 16.* Fachinaeus *10. controvers. 65.* Borchold. *in tract. de Vsur. cap. ult. n. 19. & plenius in tractatu de Verb. Oblig. cap. 7. n. 155. pag. 598. & seqq. Coll. Jurid. Argent. de Vsur. thes. 23. n. 2.*

& novellam.

9. Eadem docent Interpretes Novellarum: iterum post Cujac, Joachim, Stephanus & Gothofredus (maxime ad Novell. 121. c. 2. lit. E. Rittershusius parte 3. Nov. n. 6. & 9. seqq. & qui jus novissimum & moribus usurpatum ex professo se traditurum recepit, Petrus Gudelinus *lib. 3. Juris Novissimi cap. 3. n. 32. & seqq.* Joan. Christoph. Olhafen. Reipubl. Norimberg. Syndic⁹ & Academiae Altorfinae q. Procancellarius, in sua Oratione inaug. irali Altorfii Anno 1627. de jure Novell. habira, n. 28. ubi Novellarum de Usuris summam, his verbis inclusit: *De Vsuris hoc Imperator in Novell. 121. & 138. sanxit: Legibus contrarias & per fraudem excogitatas artes merito exulare: Ideoque si duplum debiti solvitur, nullam ex legibus superesse usurarum exactionem: Alterum tantum Saxones vocant. Hac ille. Vbitamen obiter annotandum, hac phrasi etiam jure Consultos uti, ut in l. 9. ibi:*

l. 9. ibi: in altero tanto, supra modum legitima usura, respondi non tenere, de usuris l. non intelligitur 3. §. ult. de jur. fisc. l. 42. in fin. & l. 46. ff. eod. l. 9. §. quod illicitè 6. de Publican. l. 13. de lib. & posthum. l. si postulaverit 27. Ad L. Iul. de adult. l. 18. §. 3. de Aliment. l. Si quis 7. C. de bon. proscript. l. 10. §. si dominii. de in rem verso. & c. Hortens. ad l. 2. §. ult. de eo quod cert. loc. & alii complures hoc jus pro novissimo adducentes, qui nominatim infra allegabuntur.

IO. Ac ne quis clarissima hæc nomina, scholæ potius quam foro alleganda esse, ogganniat: Practicos etiam & imprimis ex recentioribus nonnullos adducemus. Sic enim generaliter de usu fori testatur Consultissimus & merito sæs maximo celebratissimus honoratissimusque, Prætorii Electoralis, Saxonix, quod Lipsiæ est, Assessor Senior, Amplissimaq; facultat. Juridic. Ordinarius Magnus, Dn. Bened. Carpzovius in *pract. nov. rer. crim. part. 2. quest. 92, n. 44.* In mutui, inquit contractu adeo certum est Usuras ultra duplum non deberi, ut idem obtineat, etiam si expresse aliter conventum fuerit inter contrahentes: (prout sanè de facto cautelæ tales à captiosis adhiberi & inferi instrumentis solent, *inf. th. 12. : Sed frustra, per l. 38. de pact. l. 27, de Reg. jur. l. 1. § 9. de Magistratib. conven. l. 5. §. 1. Ad L. Falcid.) Id quod observantia quotidiana in pronuntiando luculenter docet, verbis hisce sententiæ inferi solitis: *So möget ihr doch über das alterum tantum etwas ferner zuentrichten/nicht angehalten werden.* Non obstantibus iis que in contrarium proferunt Surdus, Mindanus & Cothmannus: *Hæc, dicto loco, Carpzov. Qui testimonium hoc suum repetit in part. 2. Iurisspr. forens. constit. 30. definit. 26. item q. 4. Respons. 49. n. 1. & seqq.**

II. Particularia, de locorum observantia & consuetudinibus, testimonia, observare licet apud Rodericum *lib. 3 de Annuis redditib. quest. 4. n. 33. ubi in Hispania, etiam in usuris pretii non soluti, id procedere profitetur. De Gallia scribit P. Matthæus lib. 4. Histor. de vita Henrici IV. narrat. 4. n. 6. in f. ad marg. quand le sort principal est aliéné, il n'y a point d' usure. pag. 143. Bernh. Autumnus (parum sibi, in hac relatione constans) in collat. jur. Gallie. ad d. l. de usuris 27. C. de Usur. pag. 201. vers.*

nec non. 8.
Dd. Practi-
corum.

9. Ab usu
fori & præ-
judiciis, se-
cundum le-
ges, publi-
catis,

78 PART. II. ART. 2. Dd. DISSENT. REDARG. AUTOR.
les interests. De Italia videndus Joh. Bapista Lupus in *l. curabit.*
Comment. 1. §. 3. n. 50. & 53. C. de Act. Emt. Vend. Et nomi-
 natim de Ducatu Ferrariensi refert ipse Surdus, *dict. Consil. 302.*
 latam fuisse sententiam (ab Alfonso Morello Jcto, & confir-
 matam à Domino Bonacossa, egregio Doctore) quæ usuras re-
 duceret ad æqualitatem fortis. De usu judiciorum *Saxonia*
Berlich. d. decis. 30. n. 6. scribit: Toties in hanc sententiam i-
 tum fuisse, ut penè infinita allegari possint præjudicia. Con-
 ducit horum eatenus *conclusio 38. part. 2. n. 36. Vers. sed in ma-*
teria. ibi: præterea usura, etiam per intervalla soluta, duplum seu
alterum tantum excedere non debent. Eoque etiam pertinent
 priora dno præjudicia, apud Dn. Doct. Finckelthuf. alias cum
 ista opinione non prorsus facientem, *observat. 40. n. 17. ibi. bisß*
dieselbe die Hauptsumm erreicht. De usu fori Marchici consu-
 lendus est Joachim. Schepliz *ad Consuetud. Marchie part. 4. tit.*
1. §. 2. n. 18. & 19. De Curiarum Belgicarum & imprimis Frisicæ
 observantia testatur Johan. Sandæus *lib. 3. tit. 14. definit. 5. lit.*
A. & D. hoc sc. jus in foro Frisiorum in viridi fuisse observantia, & se-
cundum illud Senatum in suprema Frisiorum curia, occurrente ca-
su saepe judicasse. Eodem modo in Collegiis Jctorum pronun-
 ciari ex schedis Dn. Parentis sui observavit Dn. Ortolph. Fo-
 mannus Jctus Jenensis cum Dn. Johann. Christoph. Aveman-
 no in *posit. inaug. de altero tanto thes. 22. ubi memorat ita pro-*
nunciatum fuisse in scabinatu Lipsiensi Mens. Ianuar. 1619. Li-
 // *psia in judicio provinciali Anno 1614. item ab Hallensibus An-*
no 1617. & Coburgensibus Scabinis Anno 1619. Quin & qua-
 tuor conformes sententias Dn. Scabinorum Witebergenfium.
 Lipsenf. Jenenf. Helmstad. latis in causa Honstein contra Wen-
 deleben; nempe daß die Landübliche Zinsen/ höher nicht als sich
 das Capitgl erstreckt/ vnd bisß die pensiones demselben gleich wer-
 den/ abgetragen seyn/ laudat. Insuper th. 38. Dominos Jenen-
 ses nominatim hac formula uti consuevisse commemorat:
 Vnd läßt sich der Gläubiger mit dem altero tanto vnangesehen
 die Zinsen particulariter gefallen / billich begnügen/ ut contra l.
 10. C. de Usur. recentiore Justiniani sententiam ibidem vi-
 gere clari⁹ appareret. Similia præjudicia legere licet apud Dn.
 Christoph. Richt. *part. 2. decis. 74. n. 85. cum seqq. Magnif. Dn.*
Franzk. 2. resolut. 10. n. 16. Alios, Conf. responsum peculiare, quod
inf. art. 7. exponemus. 12. Quam

12. Quam juris constituti Majestatem, observantia fo- 10. Ab agni-
rensi dicasteriorum & collegiorum, quibus de jure responden- tione parti-
di potestas eminenter convenit, cum callidi creditores perpen- um, contra-
dunt, malunt pecuniam in emptionem redituum (de quibus riis caute-
postea videbitur) collocare: vel si omnino fœnori eam expo- lis vigorem
nunt, cogunt debitorem suum hisce juris beneficiis renuncia- hujus juris
re ut obiter retulimus sup. thes. 10. concepta & arctata in se- eludere sa-
quentem formulam renuntiationis clausula: Darwider vns tagentium,
nicht soll schützen oder schirmen/ einigerley Gnade noch Freyheit
der Concilien/ Päpste/ Käyser/ Könige oder Fürsten/ Herren/
Städte/ oder des Landes; gegenwärtige noch zukünftige/ noch
einige mandata oder Befeliche/ was gestalt oder schein die hier,
wider erlanget/ oder auß eigener bewegnuß außgehen möchten:
desgleichen einige Absonderung oder Weisung von einigem
Hoff- vnd Land- Gericht/ noch kein einige appellation, supplica-
tion, exception, vnd daß wir wolten spreche: wir wären vmb den
halben Theyl betrogen/ oder hätten das Geld nicht empfangen/
oder wären sonst gefährlicher weise hintergangen/ vnd darumb
restitution in integrum begehrten/ oder daß wir fürwenden wol-
ten/ Die Herren Käuffer oder ihre Pfliegerinder/ wie auch dero-
selben Erben/ hätten das Hauptgut gans wider eingenommen/
Darumb wir weder Hauptgut noch Zins mehr zu geben schuldig/
noch sonst einiger Behelff/ re. Quæ cautela & renuntiatio foret
utique otiosa & supervacua, si jus adversarium contraria consue-
tudine esset reprobatum vel saltem per desuetudinem inūbra-
tum. Quanquam ejusmodi cautelas, contra jus publicū inter-
positas, rectè à Judicibus negligi, jam supra d. th. 10. in trans-
cursu monuerimus, cum Dn. Carpz. part. 3. quest. crim. c. 92. n. 44.

13. Quibus sic constitutis, ecquis judicium tam vacors *Αποροση*
fuerit, ut dubitare auit, num in definiendis ejusmodi contro- ad judices
versis claras Justiniani sanctiones, per tot sæcula à Principibus
& Jurisconsultis custoditas, posthabere velit unius vel alterius
Doctoris, in gratiam clientis contraria adferentis, opinioni vel
testimonio. Ut enim concedamus judicem probatorum Ju-
risconsultorum auctoritatem, deficiente juris communis lite-
ra, tuto sequi: per ea quæ solito more coacervat Wilhelm. Antonij
de rescript. moraror. conclus. 45. n. 22. Ita cum lex scripta po-
stulatis Ddum refragatur, haudquaquam ipsorum authorita-
te &

80 PART. II. ART. 2, Dd DISSENT. REDARG. EX. HARM.
 te & applausu permoveri vincive debet, arg. l. Labeo 7. §. 1. ibi.
 sed etsi magnopere me Tuberonis & ratio & authoritas movet. de
 suppellect. leg. Novell. 15. §. 1. cap. 1. & quidem precise Novell. 83.
 cap. 13. l. 79. §. 1. de Iudic. Auth. hodie jurant. C. eod. Est enim
 juris minister & à præscripto legum ne latum quidem ungvé
 debet recedere, l. nemo 13. C. de sent. & interl. l. ult. C. si contr. jus
 vel util. pub. Periculosum enim est, lege neglecta, nudam sequi
 æquitatem vel authoritatem eorum, qui facultatem legis con-
 denda non habent. Manzius decad. 2. patrocini. debit. quest. 9.
 n. 110. Maxime cum Justinianus in hac ipsa usurarum causa e-
 dixerit, ne cuiquam judici liceat memoratam augere taxatio-
 nem, occasione consuetudinis, in regione obtinentis, l. 26. §.
 1. Vers. ceteros autem. C. de Usur. Et inique ferant Impp. si le-
 ges suas à Judicibus non observari animadvertant Novell. 161.
 in præfat. Imo nec rescriptum aut pragmatieam sanctionem
 velint attendi, quæ generali juri vel utilitati publicæ adversa
 esse videatur, l. 6. C. si contr. jus vel utilit. Publ. conf. inf. artic. 3.
 thes. 6.

n. ab æqui-
 tate & Iusti-
 tia Juris Ju-
 stinianeij,

14. Accedit & illud, quod constitutiones Justiniani naturali
 æquitati prout supra prælat. 1. artic. 4. ostensum est uberius, non
 adversariæ sint; sed consentaneæ: Ut enim omnibus in rebus
 honestus quidam modus servandus est, l. 3. ibi: prudentissime
 juris autores medietatem quandam sequuti sunt. Si pars hered.
 pet. l. 25. de pignorat. act. l. 7. ibi: melius est per mediocritatem,
 Ut legat. seu fideicommiss. caus. cav. non immodica cujusque affe-
 ctio subsequenda l. ex damni. 40. pr. de damn. infect. Ita vel ma-
 ximè in Usuris, quæ legibus divinis & humanis, ut mitissime
 loquar, suspectæ & odiosæ sunt. Augustin. in Psal. 36. Chry-
 sost. ad cap. 5. Matth. Hieron. ad cap. 18. Ezech. vers. 8. quem lo-
 cum Gallicus Interpretis sic vertit: *Quin' aura rien presté à usure,
 & n' aura point prins de surcroist*: Luther. Tom. 7. Ienens. pag. 389.
 Brentius in Explicat. cap. 22. Exod. Gail. 2. Observ. 5. Covarruv. 3.
 resolut. 1. Iob. Parlad. 2. rer. quotidianar. 2. v. sup. part. 1. artic.
 4. pag. 59. §. 12. Hieron. Schurf. 2. consil. 50. f. Vbi sceneratores
 Nebulones vocat, imprimis eos, qui pecuniam sub minoribus usuris
 mutuo sumunt, quam aliis sub majoribus elocent. Circa quas et-
 iam rarissimè eæ circumstantiæ attenduntur quas recentiores
 usuris

usuris cautè circumposuère: de quib. Balduin. l. 4. de Casib. conscientia, cap. 3. cas. 4. Gerhard. de Magistrat. Polit. §. 232. River. in Explicat. Decalog. p. 371. Heigius 2. quest. 1. Eoque diligentius modus & moderatio legum est custodienda. C. I. A. de Usur. th. 21. Bachov. 2. disput. Treutler. 3. th. I. D. Atqui usuræ, quando ultraduplum exiguntur, honestum modum omnino excedunt, cum creditori cuilibet, quantumvis avido & avaro satis esse debeat, quod fortis suæ duplum ex usuris cōsecutus sit, non ferendus autem veniat, qui supra duplum aut exigere velit, aut retinere, inquit Anton. Faber in Rat. ad l. 26. §. I. de condict. indeb. Et ut supra quoque artic. 4. §. 4. pag. 53. ex Hottom. indicavimus, absurdum censuerunt Icti, accessionem civilem positivam, non naturalem & à causa rei non dependentem (De tali enim loquitur §. 5. I. de fidejussor, ubi hoc axioma fundatur, cujus verba generalia ad materiam obligationum nimis rigidè coangustatur à Dn. Locam. lit. B. Vinnio p. 1068. Atque ita accipe & declara notata ad lib. I. Axiom. cap. 8. axiom. 2. Claud. Prat. l. 7. gnos. iur. cap. I. vers. multe sunt tamen. talis etiam hoc loco est usura) majorem esse re principali & lucrum majus ipsa forte. Æquum è diverso, ut deficiente & absorpta per solutionem re principali, accessio quoque deficiat l. cum principalis. 178. de Reg. jur. peræque ac cum nihil amplius debetur. l. si quis. 37. l. si sub. 29. d. tit. Wesenb. ad d. §. 5. I. de Fideiussor. lit. D. Et alias quoq: rei persecuciones Juris autores intra duplum ut plurimum coërcuerunt, ut ipse Dn. D. Finckelthufius annotavit. dict. Observat. 40. n. 2. conf. rextus juris, supra in fine thes. 9. annotatos.

15. Quod si etiam Juri Canonico in hac materia, conscientiam attinente, non nihil deferendum est, Rittershus. in^{13.} Ab ex-
 proœm. different. pag. 10. Berlich. I. conclus. 51. n. 7. & conclus. 8.^{cracione Ju-}
 n. 3. Dauth. de testament. pag. 11. med. Reinking. l. 2. de regimi-^{ris Canon.}
 ne class. 2. cap. 7. Gilken. ad l. privilegia 12. C. de SS. Eccles. pag.
 56. M. Stephan. l. 3. de Iurisdic. part. I. cap. 3. n. 25. Carpzov. p.
 2. qq. crim. 92. n. 35. Cyprian. Regner. l. 1. de injust. quar. leg. cap.
 I. (ut cunq; D. Lutherus tom. I. Ienens. German. in Anno 1520. p.
 304. B. censuerit: In dem gangen Geistlichen Gesetze sind nicht
 zwei Zeilen/die einen frommen Christen möchten vnterweisen;
 L Hin

82 PA. II. ART. 2. Dd. DISS. REDARG. EX EO QUOD HARM.
 Sinegen so viel irriger vnd fährlicher Gesetze / daß nicht besser
 wäre / man machte einen rohten Hauffen darauß. Add. Parker
 lib. 2. de polit. Eccles. cap. 32. pag. 281. D. Gerhard. l. 1. confess. Ca-
 thol. p. 2. c. 14.) inter cæteras salutare commonefactiones &
 hæc attendenda fuerit, qua omnia statuta & consuetudines, quæ
 contra seueras prohibitiones excessuum usurariorum inoleve-
 rint, ipso iure irritæ pronunciantur, in Clement. un. de Vsur.
 junct. cap. noverit. 49. ext. de sent. excom. Unde etiam Ortho-
 doxi Icti scribere audent, eos qui ultra duplum usuras exigunt,
 in crimen usurariæ prauitatis incidere: vide ex recentiorib⁹, alios
 etiam allegantem, Carpzovium in pract. Crimin. part. 2. quest. 92.
 n. 42. A. Matthei, diss. miscell. 7. tb. 6. & 7.

14. a specia-
 li instructi-
 one & adju-
 ratione iudi-
 cū, in cau-
 sis usurarū
 decernen-
 tium,

16. Novissime persuadere iudicibus constantem juris
 nostri observantiam debet specifica instructio, quæ in hac ma-
 teria usurarum informantur, jubenturque, ut si consuetudo re-
 gionis à legum sanctionibus discrepet, illa omisâ & neglectâ,
 has sequantur. Sic n. præclare monet gravissimus Papinianus,
 in l. 1. de Vsur. seqq. verbis: Arbitrio iudicis ita usurarum mo-
 dus ex more regionis, ubi contractum est, constituendus est,
 ut legem tamen non offendat. Consonat l. 10. §. si mandavero.
 Mandati. Vbi usuræ dicuntur deberi, quæ legitimo modo, id est
 intra modum legis, frequentantur: Non quæ supra modum
 legis sunt. Vt cunque ea verba nonnulli Triboniano imputent. Dn.
 Iohan-Iacob. Wissenbach. Emblem. Tribon. pag. 42. ad tit. Mandati.
 contr. d. l. 1. de Vsur. Vbi sanè Cuiac. de ista imputatione nihil hæ-
 bet: Multo minus ad d. l. 10. §. 3. Mandati. Nec ipse quoq³ Gifan. asser-
 tive loqui vel pronunciare audeat. p. 235. vers. Videtur. Modus
 autem iste usurarum, quod & supra indicatum, pag. 36. §. 19. p.
 15. §. 8. f. imprimis duplex est, docente Cuiac. addict. l. 1. de V-
 sur. Duplum & Centesima. Duplum; quia non potest debe-
 ri alterum tantum sorte amplius. Itaque si cui debeantur cẽ-
 tum, & usurarum nomine tantundem petere potest; Sed si
 quid amplius solverit, id imputatur in sortem: Vbi usuræ æ-
 quaverunt sortem, nihil amplius peti usurarum nomine po-
 test. Hæc Cuiac. d. loc. Vbi addit: hunc modum usurarum etiam
 num hodie obtinere.

ARTE

ARTICULUS III.

Contrarias auctoritates elevat & imminuit, eo quod
falsa textuum interpretatione & lubrica
inductione nitantur.

1. Quia vero ad victoriam causae multum confert adversa-
riae auctoritatis & ratiocinationis imbecillitatem dete-
xiffe. Arist. 3. Eth. 14. Scalig. in 3. histor. anim. sect. 42. Cujac.
ad l. 30. C. de pact. Decian. in apolog. c. 19. n. 27. add. 1. feud 4. &
ibi not. Exploremus quibus argutiis, dicam an argumentis, se-
ducti fuerint Doctores aliqui, ut à regio Nomothetas Justini-
anae tramite, tam facile deflecterent deficerentque. Nam ut
initio primum, qui inter certos jactatur authorem, Petrum Sur-
dum audiamus: probe notandum est, eum quantumcunque a-
nimosum, non tamen audere jura, parte 1. adducta, aperto mar-
te aggredi aut liquida sententia condemnare; sed obliquis ar-
tibus utendo, eadem, sublesta interpretatione trahere ad ca-
sum, quando usurae in anno excederent sortem, puta si ad cen-
tum singulis mensibus penderentur novem vel decem: Secus
autem esse si plurium annorum usurae duplum constituerint.
Sardi verba 3. Consil. 302. n. 9. sic habent: Quamvis saepe in
jure legatur, usuras non posse duplum excedere: tamen illud
verum est & procedit, in usuris unius anni, illae enim duplum
excedere non possunt, gl. in. d. l. si non sortem. de Condict. indeb.
ubi declarando quid sit duplum, dicit; illud continere sortem & ce-
tesimam vel aliam usuram, quae in anno sortem aequet. Sic etiam
declarat Iason in summario ibid. n. 1. & Bart. in l. usura. C. de V-
sur. dicens: usuras non esse indebitas, sed convenientes, quando
in anno sortem non superant: atque ita usuras unius anni cō-
siderat, non multorum annorum. Accumulat deinde Surdus
auctoritatem Castr. Salycet. & aliorum veterum, repudiata re-
centiorum explicatione. Sequuntur Veterum interpretatio-
nem etiam Navius & Barbosa in collectaneis ad d. l. 10. Ber-
lich. 2. Conclus. 38. n. ult. Vers. nihil movet.

Refut & re-
sol. advers.
ratioc.
apōrov
Iōd
& insignis
error Sardi
in primo
fundamē-
to; quod de
altero tan-
to loquen-
tes, ad anni
unius com-
putationē
exegerit.

2. Verum quia hanc expositionem hodie omnes non
tantum insubidam, sed planè insulsam & erroneam fatentur,

Quae com-
putatio cō-
muni cal-
culo explo-
ditur.

L 2

84 PART. II. ART. 2. CONTRAR. AUTORITAT. ELEVAT:

v. sup. pag. 41. §. 9. f. pronunciatu facile est, quid de opinio-
ne isthac sit habendum, quæ tam fragili pedamento insistit.
Nam & pueri Jctorum hodie centesimam usuram definiunt
eam, quæ centum mensibus sortem æquat, seu cujus menstrua
quantitas centesima pars est sortis principalis l. 4. §. pro o-
peris. I. de naut. fœn. l. 26. §. I. Vers. in trajectitiis. C. de Usuris.
Briffon. 4. sent. antiq. I. quæ Græcis dicebantur *δραχμῶν*, cum
nimirum drachma menstrua in minam dabatur, unde
drachmæ duodecim in annum redibant; Salmas. de mod. usur.
cap. I. pag. 32. & latiss. pag. 229. Nempe meliorib⁹ eruditi autho-
ribus, didicerunt, veteres solitos fuisse usuras stipulari in sin-
gulos menses, l. lecta. ubi recentiores comm. not. de reb. Cred. We-
senb. in parat. de Usur. n. 12. & imprimis Donel. ad l. 16. §. I. C.
de Usur. prolixè Molineus de Usur. n. 49. & seqq. Itaque centesi-
mo mense usura conficiebat summam sortis Donellus ad l. eos
26. C. de Usur. ducentesimo demum duplum sortis, idem ad l.
10. C. eod. Eod. modo Cujacius lib. 3. Respons. Papin. ad l. 4. de
De Nautic. fœnor. centesima, inquit, est, quæ in centenos aure-
os (100.) quotannis reddit duodenos (12.) & centesimo mense,
æquat sortem: non ut Accurs. arbitratur, duodecimo mense:
cujus opinio jamdudum explosa est. Hactenus Cujacius.

Rationib⁹ certissimis 3. Contraria autem Doctorum explicatio adductis ju-
ris textibus nullatenus potest applicari (1.) propter eorundem
generalitatem, cum supra duplum usuras nec instipulatum de-
duci, nec exigi posse, definiatur l. 26. §. I. de condict. indeb.
quod Pacius in Analys. C. de Usur. n. 10. sic eloquitur: Postquã
per usuras duplum quantitatis mutata fuerit solutum, (subau-
di quocumque) illico sistuntur usuræ, nec quicquam ampli-
us debetur, d. l. 4. §. I. de naut. fœn. restrictionis autem hujus
definitionis ad annum, nullibi fit mentio (2.) propter exequa-
tionem cum anatocismo, d. l. 26. §. I. Eodem enim textu ana-
tocismus & superusurium, ut sic dicam, prohibetur. Add. l. 28.
C. de Usur. & l. ult. C. de Usur. rei judic. Usuræ autem usurarum
de uno anno intelligi non possunt, vel per adversariam expli-
cationem. (3.) quia leges illæ loquuntur de usura legitima: at
hæc olim ad summum erat centesima, E. uno anno sortem
non potuit æquare (4.) quia supra centesimas usuras alias ex
jure certo stipulari non licuit, d. l. 26. §. I. C. de usur, frustra
ergo

HO QUOD ERRON. TEXT. JUR. INTERPRET. & IND. NIT. 85
 ergo id per Novellas denuo cautum fuisset (5.) quia l. 10. & pe-
 nult. C. de usur. manifeste hanc fovent sententiam, post ducen-
 tos menses, adeoque longissimè ultra annum, Creditorem u-
 suram centesimam petiisse. vid. Donell. ad d. l. 10. C. de Usur. &
 Duaren. loc. mox allegando (6.) in d. l. 10. intelligitur tempus
 retardatæ & protractæ solutionis. E. non potest intelligi tem-
 pus unius anni. (7.) clarissime repugnant tñm inscriptiones,
 tum textus Novellarum, maxime, 121. ibi. ut particulares usu-
 rarum solutiones in duplum computentur: quod ita explicat, cap. 1.
 solvisse diversis temporibus debitores de sorte 500. aureorum 949.
 aureos: & plane liberari eosdem, si solverint mille, Bachov. 2. disp. 3.
 th. 5. A. quæ summa uno anno nulla ratione exigi aut solvi, nisi ab
 hominibus stolidissimis & iniquissimis, potuisset. Item Novel. 138.
 quæ superiores leges interpretatur, ut recte cum Cujac. ibid.
 dicere possimus: Interpretatio Principis vim legis habet l. 4.
 de Vulg. & Pupill. subst. (8.) manifestissime denique contradi-
 cunt verba expressa Novellæ 160. ibi: quoquo anno & cap. 1. in
 verb. annui redditus, & in verbis: pro universo tempore: quæ unius
 anni metis hautquaquam conveniunt. Jungantur fragmenta ea,
 quæ infra suo loco, utp. ad has Novellas pertinentia, recense-
 buntur. Denique (9.) ipse Surdus absurditatem hujus inter-
 pretationis animadvertit, cum fatetur vix evenire unquam e-
 jusmodi casum, ut usuræ in anno excedant sortem. Atqui le-
 ges fieri solent super his, non quæ raro; sed quæ communiter
 accidunt l. nam ad ea 5. de LL. Quanquam id postea responsio-
 nis loco fingat, accidere in Italia potuisse post bellica tempora,
 ubi magna pecuniæ fuerit penuria, ita ut quantovis fœnore
 mutuo sumeretur. At quis non intelligit contractus ejusmo-
 di esse fœneratitios, ac ipso jure nullos, quos iterum nemo sa-
 nus iniverit, nec Magistratus pertulerit, aut in judicando at-
 tenderit v. sup. art. 2. §. 10. & 12. (10.) Deniq; quia à recentioribus
 omnibus probata est hæc explicatio: si singulis Calendis sin-
 guli aurei, in centenos per pensiones solvantur Cujac. ad d. l.
 16. C. de Usur. in fin. Donell. & Raguell. ibid. Duarenus de Usuris c. 3.
 Vers. præterea: ubi casum elegantem subjungit. A. Matth. d. π. 30. θ.
 18. At hæc usuræ octo demum annis & quatuor mensibus sortem
 æquant. Wesemb. in τ. de Usur. n. 12. in fin. Quomodo ergo
 uno anno alterum tantum ista constitutione potuit exæquari?

L. 3)

4. Subla-

Hypothesi
hac destru-
cta, ferè o-
mnes Surdi
theses vel
potius po-
stulata, cor-
ruere.

4. Sublato hunc ad modum futili Dd. illorum supposito & errore, reliqua quæ superstruuntur vana & inania esse consequitur, *juxta illud Arist. 1. Phys. 2. & 3. itemq; 2. prior 20. quod & Justinianus suum fecit. Novella 8. cap. 1. ubi Gothofr. & ceteri docent: falso presupposito destructo & corruente, quæ superstructa sunt itidem corruere, veluti subductis tecta columnis: arg. l. nam origo 8. Quod Vi aut Clam. l. egi tecum 26. de exceptione rei iudic. Card. Tuscus tom. 4. Conclus. lit. F, consil. 513. Licet ergo Surdus n. 9. profiteatur; Malle se gl. Bart. Bald. Castrenf. & Salicet, in Philosophia legali primæ classis Jctorum, autoritatem sequi, quam Molinæi & Lupi: Nos tamen contra manifestum hunc errorem, omnib; autoritatibus antiquiorem habere debemus veritatem, *juxta monitum Arist. 2. Eth. Nicomach. cap. 6. præsertim cum neque numero pauciores, neque autoritate inferiores sapientes sint iis, qui desipere maluerunt, ut loq. Scal. Exerc. 3. certe Veteribus Doctoribus facile ignoscendum est, si ignoratione Romanæ antiquitatis aliquando sunt hallucinati. Vid. idem de causis Latin. lingvæ præfat. fac. 3. Versu: Equidem ita censeo. Fabric. de Orig. Saxon. l. 2. pr. Non tam facile recentioribus, qui veterum opinionum intermortuas reliquias, quantumvis melius edocti, fovere non erubescunt, ut antiquatos errores novis subruant insaniis, sunt iterum verba Scaligeri Exercit. 178. sect. 1. Et cum veritati, ut diximus, plus sit tribuendum quam ullius opinioni: quid moveamur illorum cæcitate, qui nascentem solem ne intueantur, oculis quodammodo manus objiciunt, maluntque tenebras noctis præteritæ subsequi, quam orientis diei lumine perfrui; Inquit. Cuiac. in præfat. suar. Observ.**

Quippe ad
gratiam re-
quirentiū
comparata

5. Nimirum quod Surdus alibi in præfat. Volum 1. Confiliorum. vers. equidem, de aliis enunciavit, Idem hic de ipso met meritò quisquam usurpaverit: Ea sc. quæ in Responsis dicuntur, non satis habere fidei apud prudentes judices, quod non omnibus semper veritatem assequi, sed fucatis & non admodum consistentibus argumentis, deligendo eam, quæ magis ex re litigatorum esset, sententiam tueri curæ fuerit: Et quod ipse Cohtmannus etiam, vol. 3. consil. 38. n. 338. ait: experientiam testari, consilia & responsa, plerumque amore magis
eorum

EO QUOD ERRON. TEXT. JUR. INTERP. & INDUCT. NITATUR. 87

eorum, qui ea petunt, quam veritatis & iustitiæ veræ concinnari: Quomodo etiam Johann. de Castillo. *rr. de usufr. cap. 41. n. 8.* scribit: Doctores in consulendo sapè æris magis quàm veritatis studio duci. *Add. Ioseph. Ludov. decis. 52. n. 13. The-saur. decis. 134. n. 15. H. Grotium præfat. lib. 5. de iure belli & pa-cis pag. 4. Luther. in comment. ad cap. 17. Deuteron. ad verba ju-dices & præfectos constitues: circa fin. ibi:* Vide exempla in Juri-stis optimis, qui æquitatem, dum vel publicè docent aut scri-bunt, pulcherrimè tradunt: At in consiliis privatim dandis, planè aliter sentiunt, & sibi dissimiles sunt. Scilicet; quia hic personæ respectus, vel misericordia calamitatis (ut optimè in-terpretemur) eos deflectit à rectò, ut veluti mederi & succur-rere laboranti studeant, quod tùm non fecerunt, cum in pub-licum docerent; Et sic præ affectu non vident, se ab æquitate in publico docta, deflectere. Tam difficilis, rara & ardua res est, oculus simplex & rectus in iudice. Idem est cernere in sum-mis Theologis. *pergit ibid. pag. 198. B. Frommtermann/ Niemb. dichs nicht an. Et hæc de fundamento adversariorum legali; sequi-tur usuale; hoc est, quod à consuetudine & more regionis de-ducitur:*

6. Tametsi autem nonnulli Jctorum Germanorum al-tero tibi cine, *consuetudinis*, hic nitantur, asserentes, quotidie in Germania id usurpari, ut usuræ continuæ, indefinenter & in-finitum exigantur, donec debitor sortem integram refun-dat: Tametsi etiam graves viri tales locorum quorundam con-suetudines calculo suo firmât. v. thes. 83. de altero tanto, ubi refertur responsum Jurisconsultorum Fr. datum Car. W. Anno 1643. his verbis: *Da der Debitor zu bezahlen hat/ so wird das alterum tantum in dem Churfürstl. Dr. Cammergerichte zu E. an der Spr. bisshero nicht attendiret: Und können auch die zuvor außgezählte Zinsen / in das duplum oder alterum tantum nicht gerechnet werden (Egregiâ hac miniâ)* Item aliud in causa J. W. *Wegen der versessenen Zinsen / da der Debitor zu bezahlen hat / hat das alterum tantum allhier / wegen alter Gewonheit nicht statt: Die vorher außgezählten Zinsen aber / können ohne das auch zu dem altero tanto nicht gerechnet werden. (quippè n)* Tametsi etiam nemo nesciat optimam legum interpre-

Nec obsta-re allegati-onem con-trariâ, alibi Usurpatio-nis,

tema

item esse consuetudinem, arg. l. si de interpretatione 37. ubi Mor-
nac. & alij de LL. quæ id possit quod præscriptio & magis. Frider.
de Sen. consil. 15. l. incip. thema tale est. Card. Tusc. lit. C. conclus. 809.
& idem quod statutum. Lupus alleg. 43. in fin. Franc. in c. 4. §. statu-
im^o in fin. de Cleric. non resid. l. 6. Tusc. tom. 2. concl. 810. per tot. Uni-
us tamen vel alterius debitoris, concessio juris beneficio non u-
tentis, negligentia cæterorum rectè utentium vigilantia &
circumspectioni obstare & fraudi esse non debet. post Sichard.
& Nattam. Dn. Iohann. Hermann. Stamm. lib. 1. de Servitut. Per-
sonal. cap. 1. n. 1. Et plurimum interest an consuetudo pugnet
cum jure scripto nec ne. Etenim cum dicimus consuetudi-
nem pro lege custodiendam esse, illos potissimum casus intel-
ligimus, qui non ex jure scripto descendunt; l. diuturnum 33. de
LL. Cæterum quando lex expressa consuetudini resistit, plura
requiruntur ut usus vincat legem. Nam si de conflictu & col-
lisione prima legis & consuetudinis loquamur, lex neutiquam
pro oblitterata habenda est: licet enim multi è populo id agant,
ut legem oblitterent, interim tamen in judiciis lex consuetudi-
nem vincit. Cujac. ad l. 9. de Iust. & Iur: Consuetudinem, in-
quam, quæ nondum obtinuit l. cū de consuetud. 34. de LL. con-
tradicto iudicio, id est, causa cognita, causa peracta inter acto-
rem & reum. Ea vero consuetudo demum legem abrogat, quæ
& vetustate & contradicto iudicio confirmatur, quorsum fa-
cta præjudicia modo relata pertinent. Alioquin lex vincit
consuetudinem pari certamine: quæ autem contra legem ir-
repsit, non vincit legem, Cujac. dict. loc. Necn. legestacitè an-
tiquantur, Cuiac. in Paul. ad Edict. l. 41. de Oblig. & Act. & in
cap. 2. de Probationib. ubi ait: Ius Publicum ratione suffultum nul-
lam consuetudinem vincere posse. l. 2. C. quasit. long. Consuet. Nov.
52. Ita in terminis usurarum Jctus Papinianus, in sepius alleg.
l. 1. de usur. Cum in iudicio disceptatur, usurarum modus ex
more regionis, ubi contractum est, constituitur: Ita tamen
ut legem non offendat: Videndus multis allegatis Henning. Geden.
consil. 109. n. 197. & 293. ubi in hac materia usurarum bonum
textum esse ait, in l. eos 26. §. 1. Vers. in trajedit, C. de usur. ex
quo, secundum Bald. probetur, non valere consuetudinem, quæ super
usuris dissoneret contra ius commune cap. quia in omnib. 4. in pr. ubi
videtur probari, quod communis usus & observantia non faciat
licitam

DE QUOD FALSA CONSUETUD. CONTRAR. ALLEG. NIT. 89

licitam exactionem usurarum, qua jure prohibita est. de usaris. Clement. 1. de Usur. ubi damnantur omnia statuta & consuetudines quibus prestatur favor ullus exactioni usurarum. Adi Barbosam in collect. Codic. ad tit. 2. lib. 3. l. 4. ubi cum allegatis contendit, & demonstrat: Leges in dubio pro abrogatis non haberi, sed Eum qui id dicit, probare debere. P. Gilken. ad l. pactum quod dotali. 15. C. de pact. ubi assertoribus contrariarum consuetudinum, non temere fidem habendam esse, monet. n. 87. & seqq. Magnif. Dom. Cancellar. Franzkium 2. resolut. 10. n. 76. ubi hanc thesin prior. edit. laudat.

7. Expendendum omnino Juris & justitiæ administris, quod in causa usurarum Hieron. Schurf. cent. 2. conf. 50. ad fin. jam sua ætate deploravit: In tantum inolevisse usurarum pravitatem, ut multi contentur sub prætextu consuetudinis & communis observantiæ excusare non excusanda: non in modicum (ita loquitur) detrimētum & dispendium salutis animarum ipsarum; non attendentes, quod tantò sint peccata graviora, quantò diutius infelicem animam detineant alligatam. Idem paulò post: Istis, inquit, usurariis opponentibus, proh dolor! hujusmodi consuetudinem, quæ non est consuetudo, sed pessima corruptela, & bestia devorans animas & facultates, dicendum est, quod Dominus ait: Ego sum Via Veritas & vita: Non dicit: Ego sum consuetudo; sed veritas. Jungatur Philipp. Bonetius tr. de probat. pag. 32. Vers. notandum.

8. Tantum autem abest, contrariam, quæ ex diverso allegatur, consuetudinem, contradictis judiciis & uniformi observatione firmatam esse, quemadmodum l. 34. de LL. explicant Anton. Faber. in rat. decid. & Mornac. in observat. ibid. ut plura præjudiciorum, secundum legislationem, exempla possint proferri. v. sup. art. 2. §. 10. & seqq. p. 77. Quinimo, licet probetur ab uno vel alio imperito & iniquo Judice legem aliquã scriptam non esse attentam: non tamen ideo putandum est, eam à prudentioribus & rectiùs edoctis, non esse observandam, §. ult. ibi: quam formam in omnibus provinciis nostris obtinere censemus, etsi propter imperitiam forte aliter celebratur: Inst. de satisf. ubi Dd. Siquidem hautquaquam non usus l. 2. C. de divers. rescript. sed contrarius usus, legem tollit l. 28. de LL. P. Peckius de jur. sistendi cap. 10. n. 10. Schrader. de feud. cap. 12. conclus. 3.

Cum detestatione
cordatorum
conjunctæ

Quam uniformiter
observatam fuisse,
vix queat probari.

M

n. 7.

90 PART. II. ARTIC. 3. CÆTERA SURDI ARGUMENTA.

n. 7. Inde est, quod Justinianus in eleganti & notabili textu l. 53. §. 1. C. de Episcop. audient. admirabundo similis exclamat & profitetur, se nescire quo pacto fuerit factum, ut constitutiones anteriores (de clericis ad alias militias transeuntibus, loquitur) tam turpiter in desuetudinem abierint, cum tamen Imperatores posteriores, priores LL. omnino conservare velle videantur, nisi his diserte & nominatim vim & auctoritatem Juris abrogent. Quod si ex solennibus aliis nihil facile mutandum est l. pen. de restit. in integr. l. 183. de reg. Jur. quanto minus id admittendum est in solenni legislatione l. 1. ult. & pen. C. de LL. l. 33. ff. de LL. Ergò à perito Advocato talem legem minus usitatam in usum revocari, nihil impedit. Obrecht. disp. 1. de judic. thes. 100. & seqq. ex Bart. & Dd. ad l. in criminalib. §. 1. C. de jurisdic. ibid. allegat. Cujacius ad lib. 22. Digestor. Juliani ad l. 56. §. 1. de furt. ubi hoc exemplificat in actione furti, inquiring: cur nulla hodie in foro mentio fiat actionis furti in duplum vel quadruplum, ratio est, quia ex dicti §. 1. sententia, malunt auctores criminaliter agendo furem ulcisci: qua via electa, tollitur Civilis actio in duplum & quadruplum: Verum notandum est, etiam si hodie minus frequententur Civiles furti actiones, atq; ideo quodammodo in usu abolita esse videantur, omnib; eligentib; criminalia judicia: Tamen & hodie, si quis malit Civili judicio agere, in duplum vel quadruplum, omisso criminali, non esse repellendum. Hec Cujacius. Aliud exemplum vid. apud Carpzov. 2. constit. XI. def. 10. Nec licet judici modum usurarum excedere prætextu consuetudinis, quæ in ea regione servatur: Mos non servabitur si modum excedat: nec poterit moribus regionis huic modo derogari, qui legitimus est & taxatus. l. idemque 10. §. 3. ibi: quæ legitimo modo in regionibus frequentantur. Mandati l. 1. pr. ibi: usurarum modus ex more regionis, ubi contractum est, constituitur; ita tamen, ut legi non offendat. De Usur. Cujac. lib. 2. quest. Papin. ad d. l. 1. pag. 39. lit. B. ubi porro rectè tradit, utrumque modum usurarum ibi intelligi (quantitatis sc. & durationis) & d. l. 17. de Usur. Vbi verba, ad modum justæ exactionis redigat, à Dn. Wisfenbach. in Emblem. p. 55. sine magna ratione, iterum Triboniano imputantur: Cum etiam jure D. modus usurarum definitus fuerit. v. sup. pag. 28. & seqq. Tacit. lib. 6. Annal. 16. ibi: cohibebatur

CONTRA EXCEPT. ALTERIUS TANTI, ELIDIT. 91
 batur quoque antiquis moribus. Unde Dn. Carpzov. neuti-
 quam veretur eo casu se, Surdo, Mindano & Cothmanno ani-
 mose opponere, *loc. supra adducto, prax. rer. crim. part. 2. quest.*
92. n. 44. ibi: non obstantibus iis quæ in contrarium proferunt Sur-
dus, Mindanus & Cothmann. quemadmodum Mornacii quo-
 que exclamatio & observatio, isto casu, nominatim perstringi-
 tur & taxatur, à Guilielmo Masio *lib. 1. opin. 20. n. 2.* Quan-
 quam Mornaci^o causam hanc cum redivibus annuis confunde-
 re videtur, *de quibus part. 3. seorsim agetur.*

ARTICULUS IV.

Cætera Surdi Argumenta elidit.

II. **D**Etecto ad eum modum erroris fonte, qui partim *ex*
prava interpretatione, partim ex prætenfa, sed nondum de-
monstratâ consuetudine suppullulat^o, rationes adminiculantes
 etiam excutiendæ sunt, quibus erroneæ huic sententiæ colo-
 rem aliquem juris, Surdus conciliare satagit. Et primo qui-
 dem argumento, (quod usura sit fructus pecuniæ & temporis u-
 tilitas, *per l. quod si Ephesi 4. in pr. & ibi not. Castr. de eo quod cert.*
loc. Nat. consilio 450. n. 14. usura a. correspectivetur usui pe-
 cuniarum. E. eatenus etiam progredi debeat usurarum exa-
 ctio quatenus duret pecuniæ usus.) *Reponi potest: Usuram*
non recte, vere & propriè dici pecuniæ fructum: v. sup. part. I.
artic. 4. §. 2. pag. 52. Nam ut Arist. quoque in Eth. & Polit.
 docet, pecunia sua natura est res sterilis, eoque usura non se-
 cundum naturam percipitur. Quare & nostri prudentes di-
 cunt, usuram non natura percipi, sed jure & negotiatione *l.*
si navis. 62. ibi: usura natura non provenit. de R. V. l. usura 121.
ibi. usura pecuniæ quam percipimus, in fructu non est: quia non
ex ipso corpore; sed ex alia causa est, i. e. nova obligatione. de V. S.
C. A. de reb. cred. th. 22. l. 3. C. de Vfur. Merill. I. Obs. 13. Art.
Fab. in rational. ad d. l. 62. [Quem aphorismum, more suo, so-
 phisticis impugnat argutiis Salmasius *lib. de usuris. c. 8. pag. 198.*
 & seqq. cum sterilem suâ naturâ pecuniam esse negat (1.) quia
 nulla omnino res dari possit quæ non fructum ferat, ne agro-
 tus quidem, quippe qui in redivu sit Medico (2.) quia Jctis il-

Prima Ob-
 jectio Surdi
 specialis;
 quod usura
 respiciat u-
 sum pecu-
 niæ.

Resolvitur

DE PART. II. ART. 4. CÆTERA SURDI ARGUMENTA

la tantum pecunia dicatur sterilis, quæ otiosa sit. Ergo suo genere non esse sterilem. Enim verò si Dominus Antagonista attente legisset Aristot. i. polit. 10. in f. m. p. 392. depræhendisset, non tantum à Stoicis, ut malè arbitratur Merillius d. Obs. 13. Sed etiam ab illo Peripateticorum Principe, argutiis istis, cum aliis rationibus, tum hac distinctione satisfactum esse: quod pecunia pariat & fructum ferat, non κατὰ φύσιν, sed ἀπ' ἀλλήλων. Quod ipsum & Jcti innuunt, dum pecuniam per se consideratam sterilem vocant, & infructiferam, ut post alios loquitur Hagen. c. 3. de Usur. n. 23. Conjecta enim in terram nunquam ullum producit fructum: in arca quoque recondita, atque ad plurimos annos conservata, nec crescit, nec fructum ullum parit, ac præter consumptionem nullum ex se præstat usum: arg. §. constituitur I. de usufr. l. 1. Et. t. de usufr. ear. rer. can. ejiciens II. dist. 88. Cæterum ex nova causa fieri quasi frugiferam, veluti ex stipulatione. d. l. 121. de V. S. Sic Hortensius ad l. 2. §. ult. De eo quod certo loco. Pecunia numerata nullum parit fructum à se: Sed ab industria mercatoris.] Si itaque usura non est fructus naturalis sed civilis tantum: sequitur eam plane ex Jct. determinatione pendere, & hætenus tantum vicè fructuum obtinere l. usura 34. de Usur. l. 3. de Usur. ear. rer. nec progredi ulterius posse d. l. usura. 121. de V. S. Certe comparatio fructuum & usurarum hoc loco neutiquam procedit, quia fructuum nomen naturale est, usuræ autem legitimum. Cujac. ad. d. l. 121.

Obstrepat hinc nobis ex Vicina Academia incertus author thesauri inauguralium; Examen alterius tanti, in inscriptione præferentium, typis Georgii Deckeri Anno 1646. descriptarum, positione 17. sic scribens: Sicut cessante causa cessat effectus; ita durante causa durare debet effectus, ut contrariorum eadem sit disciplina: dum ergo creditor pecunia debita (creditam dicere debuit) semper (usque, continuo, porro dicere voluit) utitur, usque pecuniæ fructum sentit. Ergo usura usque (porro debent procedere. Ita Surdus. Nec quicquam Clarissimi Viri refutatio obnititur: quomodo enim pecunia in fructibus numeretur, notatur superius, nec ullibi, quoad usurarum modum, locum habet distinctio causæ naturalis & absoluta, à Civili & limitata atque determinata: Non debemus autem esse clementiores ipsâ lege, sine qua loqui erubescimus: Nov. 18. cap. 5. Hætenus Cl. Dn. Licentiatu, & vel quicumq; positionum illarum auctor est: fari.

CONTRA EXCEPT. ALTERIUS TANTI, ELIDIT. 93

farinam enim illam ab alio quodam molitore mutuò fuisse sumptā
 plerique haut temerè conjiciunt: Cui tribus verbis & multò clari-
 oribus, quàm ipse opposuerit, respondeo: (1.) Majorem propositio-
 nem continere Canonem Philosophicum, adeoq; Philosophicam limi-
 tationem atque interpretationem non nisi à semidoctis repudiari:
 Atque Philosophi Canonem illum intelligunt omnino de causa na-
 turali posita & durante in esse & actu absoluto, itemq; in esse cau-
 sa non impedito: post Aristot. Stahl. Regul. Philos. tit. 3. regula.
 3. §. 10. & seqq. Nolunt autem procedere in causis fictis & à legis dis-
 positione tantum pendentibus. Porro (2) in minore propositione nego
 usum pecunia esse causam usurarum: causa enim remota est lex
 permittens, seu legis permissio: (sic enim ipse th. 17. asseruerat, Ius
 gentium usuras improbare: Ius Civile quadantenus permittere th.
 8.) causa proxima est moral. 17. §. 3. de Usur. stipulatio, & aliquā-
 do pactum l. 3. C. de Usur. non solus usus, qui pecunia mutua debet
 esse gratuitus. C. A. de Usur. th. 7. & seqq. Cum itaq; major de
 diverso causarum genere concepta: minor autem falsa sit: nihil
 adversus datam a nobis responsionem valide colligitur: sed nihilo-
 minus falsum manet utrumq; illud surdi postulatum: usuram
 usui pecunia respondere debere, & usuram esse fructum pecunia.
 Siquidem prius postulatum necessario limitandum & restringen-
 dum est ad finem & modum à lege prescriptum l. 3. in f. ibi: qua-
 tenus modum probabilem: de annuis legat l. 26. §. 1. de condit.
 indeb. l. 4. §. 1. de nautic. fœnor. l. 1. l. 9. l. 17. de Usur. l. 10. §. 3.
 mandat. l. 27. §. 1. C. de Usur. Nov. 121. 138. 160. Posterius de fru-
 ctu vero, ex re ipsa proveniente & Philosophi & Icti falsissimum
 esse pronunciant. v. sup. part. 1. artic. 4. d. 2. pag. 52. Ipse quoque
 Hottomannus, alias axiomati (quod pecunia sit res sterilis) infestus,
 Disp. de usur. c. 6. mihi pag. 766. e. Usuras, inquit, cogimus non tā-
 quam fructum ex ipsis nummum corporibus, id est, ex nudā pecu-
 niā: sed id, quod ob eam causam interfuit, quod fructu i. e. frui-
 tione, pecunia nostra caruimus. Et cap. seq. ubi de excessu usurarum,
 modum l. definitum supergresso, loquitur: iniquum esset, inquit,
 cum pecunia nuda sit res sterilis, tantum fructum ab ea petere lega-
 tarium, quantum illa adferret cum labore & industria hominis con-
 juncta. Sanè dicuntur Usura alicubi esse vice fructuum l. usurae 34.
 de usur. & esse velut usus fructus l. 3. de usufr. ear. rer. quæ usu
 cons. νομὴ ἀκινήτων & ἡ γὰρ φύσις, ut supra ex Aristotele dicebamus:
 pecunia enim suā naturā & per se fructus non fert: & abutimur
 pecunia, dum eam fœnori locamus: sed μὴ ἀφ' ἑαυτῆς & κτ' π: quia
 licet usura non percipiatur naturaliter ex corpore: percipitur ta-
 men civiliter ex obligatione. Est ergo fructus civilis, non natu-
 ralis, inquit Cujac. l. 6. qq. Papin. ad l. si navis 62. de R. V. hoc est,
 re vera fructus non est. Fructus enim non est legitimus seu civilis
 le, sed naturale nomen. Fructus enim est, quod naturā provenit:.



94 PART. II. ART. 4. CÆTERA SURDI ARGUMENTA

at usura naturaliter ex pecunia vel mutuo non nascitur, sed ex nova obligatione. Idem Cujac. ad d. l. 121. de V. S. Nec juxta sententiam Surdi l. Titius 24. de præscr. Verib. aliq. juris textus, ubi reditus pecunia jure probatus legitur. Sermo enim vulgi ad causam externam vel effectum rei respicientis, non est confundendus cum rei veritate & enunciatis sapientum: Sic enim Africanus formulam hanc expendens, disertè respondet: pecunia credita usuras, nisi in stipulationem deducta sint, (ex solo pecunia credito usu) non deberi d. l. Titius 24. vers. respondit. De P. V. d. l. 3. C. de usur. Nihil etiam impedit, quod in l. alio: 9. de alim. & ci. bar. leg. pecunia fertur incrementum recipere: *πλεονασμὸν τῆς ἄξιος*: itemque Levit. 25 v. 36. Vt enim usura; sic & incrementum provenire dicitur ex pecunia & iuris & obligationis; non ex natura rei, l. 62. de R. V. Dn. Meier, in not. manuscr. ad l. 34. de usur. Vnde etiam usura quasi ususfructus appellantur, seu velut ususfructus d. l. 2. & 3. de usufr. ear. rerum, l. 44. §. 1. ad Sc. Trebell. l. 39. §. 1. d. legat. 1.

Secunda.

2. Unde perquam facile ad secundum etiam argumentum respondetur, cum Surdus porrò ita concludit: Ubi quid ob certam causam præstatur, id determinari debet secundum causam l. Seio 10. ub. Dyn. Bart. & Alber. de annu. legat. (Sic dicimus: quia salarium præstatur pro servitio, eatenus illud dandum esse quatenus durat servitium, l. pen. inf. C. de erogat. milit. ann. l. 1. C. de re milit.) & sicut cessante causa cessat effectus: Ita vicissim durante & non cessante causa, durare nec cessare debet effectus l. semper §. §. negotiatores 3. de jur. immunit. sign. consil. 135. Tiraq. in tract. cessant. caus. part. 1. n. 17. Dum ergo debitor utitur pecunia, semper Creditor percipit pecuniæ fructum. Hæc Surdus. Responderi autem facile potest, distinguendo causam naturalem & absolutam, à civili & limitata atque determinata. Hic enim altera regula applicanda venit, quod scilicet limitata & ad certum modum & tempus restricta usurarum causa, limitatum etiam pariat effectum, arg. l. in agris limitatis 16. de acquir. rer. domin. l. cancellaverat 2. de his quæ in testam. delent. Brunor. à Sole, in locis commun. verbo, causa n. 9. Guttieretz. 3. pract. quæst. 31. n. 7. In posterum ergo debitor utitur pecunia, non tanquam aliena, sed tanquam sua, utpote satis caro à se redempta pretio & lytro: Certè soluto per tot pensionum solutionem, omni vinculo nexuque. pr. l. Quib. mod. toll. oblig. [13]

CONTRA EXCEPTIONEM ALTER. TANTI, ELIDIT. **¶**

(In hac responsione nostra Dn. Licentiatus sub finem sua asserti-
onis 17, notat: Nihil affirmare l. 16. de A. R. D. quia proponat
casum supra (puto Clatissimum Dominum Censorem scribere volu-
isse: super) agro limitato, in quo jus alluvionis non obtinet: ideoq;
non agi de causa limitata: multo minus de effectu limitato. Ve-
rùm utrinque causam & effectum excludi. Regero: Licet limi-
tatio nostra non foret fundata in d. l. 16. Veram tamen eam & in-
concussam ex se ipsa & rei veritate perstituram: quippe qua ex
principiis Philosophicis petita est, qua non opus habent probatione
juridica, ut Bachovius rectè monet. Eadem tamen ex abundantia à
Dd. Textibus solent roborari; ut disciplinarum consensus & harmo-
nia ostendatur. Non autem dicimus limitationem illam verboten-
nus in d. l. 16. contineri: sed argumentatione commoda educi: Ut
enim ager absolute dictus & illimitatus, incrementa alluvionis
absolute recipit; limitatus neutiquam. d. l. 16. Ita & in ceteris
causis habendum esse, non male Dd. ibidem disputant. Vide Gifan.
& alios citatos Nævio ibid. Cravett. consil. 436. incipit: Dominus
Bernardus Spinola. n. 1. Barbof. cum allegatis in loc. de caus. a-
xiomat. l. 3. cap. 10. §. 15. latè & per multa exempla eundo. He-
ring. de fidejuss. cap. 20. §. 26. n. 29. & c. 24. n. 35. Eadem im-
prudentiã alterum quoque rextum & ellicat l. 2. de his quæ in test.
del. scribens: agere Ictum ibi primo de facto, quod testamento jam
condito super venerit: In nostra autem materia nullum factum
argui; Secundo agere de malo merito, quod in creditore nullum
sit. Resp. Ostendit hac inficeta increpatione Dominus Licentiatus,
quam parum in lectione commentatorum versatus sit: qui non tan-
tùm materiam ipsam tractant, sed notabilia etiam & axiomata ser-
brocardica ex textibus eruere, satagunt. Cùm ergo Ictus tantam
vim restrictæ inductionis causa ibidem tribuat, ut ea ultra heredem
inductum ex testamento nihil operetur: cum simplex & absoluta in-
ductio id omnino effectura sit: Rectè constituunt Dd. probari hoc
modo generale illud axioma Philosophicum; Causam restrictam &
limitatam, effectum etiam limitatum producere.)

3. Eadem facilitate resolvitur tertia collectio Surdi; Tertia,
quod æquitas non patiatur quem aliena re frui, & ex ea fru-
ctum percipere, l. curabit. §. C. de act. empt. & cum jactura Cre-
ditoris locupletari. (Resp.) Siquidem negandum est, suum id
creditorem dicere posse, v. l. 12. §. 1. ibi: quia ille suum recipit.
de Novat. & delegat. l. 91. de V. S. tr. nostr. de alien. qua in mut.
vert. pag. 444. & seqq. Fabrottus in replicat. advers. Salmas pag.
III. n. 54. quod ipse jam duplo exegerit. cap. bona fides 83. de
Reg. Iur. in 6. Gail. 2. Observ. 13. n. 3. Cum Ictus Paulus im-

pro-

96 PART. II. ART. 4. CÆTERA SURDI ARGUMENTA,
 probum vocet, qui aduersus eam regulam agit & insuper
 aliquid exigit. *l. si quis dolo* § 1. §. 1. *de re judic.* Et Ulpian. *in l. lo-*
cum 3. §. *ante pen. de tab. exhib.* doli mali exceptionem aduer-
 sus ejusmodi exactorem concedat. Ea que ratione improba-
 tur tanquam turpe, improbum & non ferendum scenus eo-
 rum, qui cum semel sortem receperint, rursus eandem am-
 plius quam decies, ex damnatis usuris quærunt, *inquit P. Pec-*
kius ad dict. cap. 83. de Reg. Jur. in 6. n. 1.

Qua hic & in seqq. interfatur Cl. Dn. Licentatus, Saxonus
Scitor: Atque hac sola mitissimaque responsione Adversarium
in honorem Amplissimi Domini parentis, hac vice dimittimus, cum
monito, ut in posterum cautius Dd. suis obloquatur, Cujac. lib.
17. Obs. 12. Senec. 6. de benef. c. 16.

Quarta.

4. Utitur autem Surdus (4.) & hoc argumento, quod
 in annuis præstationibus non currat præscriptio nisi 30. anno-
 rum, quæ incipiat ab initio cujusque anni *l. cum notissimi.* 7. §.
in his. C. de præscript. 30. annor. adeoque tantum temporis non
 sit elapsum, quod sufficiat ad inducendam prædictam præscri-
 ptionem. Ideo posse Hebræum (ita vocat Creditorem & Cli-
 entem suum: quanquam non ignoremus, Pontificios & Itali-
 cos imprimis Dd. in his terminis, inque eo argumento, per vere-
 cundiã asscitiã, ea voce, ut plurimum uti in designandis Judæis,
 addito etiam elogio Magnifici Dn. Hebræi :) omnium annorũ
 ante decursorum, usuras exigere. *Respondetur.* (1.) ab annuis
 redditibus, ad usuras, non concedenda est argumentatio, *per ea*
que infra latius dicentur. (2.) & est præterea in argumento fal-
 lacia causæ; non enim ulteriori exactiõni sola obstat præscri-
 ptio, sed etiam legis prohibitio, & ne debitum multoties exi-
 gatur *d. Novell. 121. cap. 2. in fin.* quanquam de præscriptione u-
 surarum in sensu alio & proprio etiam illud (3.) dici possit, *cum*
Raguelio ad l. eos 26. C. de usur. placuisse in dict. l. 26. Justinia-
 no, ut sublata personali & hypothecaria actione, spatio 30. vel
 40. annorum finiatur quæstio usurarum & fructuum: quæ no-
 va constitutio non patiatu superesse quæstionem usurarum,
 vel fructuum, cum non supersit ulla principalis actio.

Quinta.
 Contra No-
 vell. 121. &
 138. autori-
 tatem dire-
 cta,

5. Et quoniam (5.) omnibus Surdi ratiunculis minus
 quam manifestè obstitit constitutio Justiniani *in Novell. 121. &*
138. ideo

138. ideo Alexandrino Ille remedio nodum hunc, cum aliter nequeat, dissecat & dissolvit. *num. 9. Vers. nec attendi debet*: statuens; Ictas Novellas attendi non debere, nec contra tot nostros antesignanos allegandas esse. Miror qui non adjecerit scōma illud Argentræi *ad Consuetud. Britann. tit. 23. art. 570. rubr.* quem pudet, verbosas Justiniani Novellas jus appellare, quæ scilicet crebris mutationibus instabilitatem, addit etiam stultitiam authorum, testentur, & aliæ alias revocent, interpellent, abrogent, restituant. Magno insuper argumento gavifurus, si Juliani interpretationem explicuisset, & has sanctiones in ea desiderari animadvertisset: quemadmodum etiam nullis glossatorum annotationibus illustrantur. Non certè Johannis antiqui Glossatoris; *sat agente Rittershusio Ann. 1615. recus.* qui nullam de illis mentionem fecit. Quid quod Novellam 138. multi in suis Codicibus desiderari testantur: Scrimgerus nihil præter titulum hunc: *Interpretatio, quomodo quæ duplum excedunt usura; non probentur*; Haloander itidem summam duntaxat retulit. Viri docti, nobisq; chari, in thesibus de altero tanto, th. 77. rationem addunt (cur Novella 138. in editione Haloandrina non legatur) quia in manuscr. Flor. non extet. Planè ut alii quoque Codicis Justiniani autoritatem ex membranis Florentinis suffulciunt: *Gilken. ad l. 8. C. de testam. n. 7. Navius ad Novel. 129.* quæ tamen extra ω . non procurunt.

6. Enim verò qui meminerit Novellas Justiniani non Affertio simul & semel promulgatas esse, sed diversis temporibus, sc. ab anno Christi, 538. usque ad annum 547. teste Contio *præfat. in lib. Novell.* mortuoq; demum Justiniano, dispersas antea, in unum corpus collectas fuisse, nullo certo ordine, nisi temporis forte observato. *idem ibid. Rittershus. præm. Novell. cap. I. n. 18.* Horum inquam, qui meminerit, facilè agnoscat causam, quare una vel altera Novellarum à Doctoribus Longobardis, Græcæ linguæ, qua plæræq; scriptæ sunt, ferè ignaris, prætermissa sit: *Contius dict. loc.* Eodem nomine, nec aliter, excusari potest Irnerius, (sive quis alius clausularum ex Novellis decerptarum, & Codicis legibus subjectarum, author est, *vid. Alber. Gentil. de lib. juris Civil. cap. 6. Cuiac. 5. Obs. 5. Simon. Vlric. Pistor. ad lib. 1. quæstion. Hartm. Pistor. q. 2. pag. 24. D. Finckelth. observat. 95. n. 13.*

Ronchegall. in l. 13. §. ubi duo. n. 103. De duob. reis. Treutl. 2. d. 27. 9.e.) quod in dict. l. 10. C. de usur. nullam more solito subjecerit authenticam. Conf. Rittersb. part. 3. Novell. cap. 9. n. 10. Nec ideo tamen constitutioni huic aliquid decedit, cum satis multis juris, & imprimis quidem ff textibus sustineatur ac confirmetur. Quid quod epitome ejusdem etiam jam olim circumlata fuit, quam Gothofr. editioni corporis Glossat. sub fin. tit. C. de usur. adjecit.

7. Nec desunt alia venerandæ antiquitatis monumenta, quibus de Justiniani enixa voluntate abunde possimus edoceri: qualia P. Pitheus (cui etiam restitutionem Novellæ 138. vide Gothofr. in not. ad rubr. d. Nov. 138. vel saltem cum Antonio Augustino debemus, vid. Cuiac. ad dict. Novell. 138. ut & Leunclavius lib. 2. notator. 274.) in appendice notarum ad LL. Mosaicarum & Romanarum collationem Authoris cujusdam veteris, pag. 60. protulit, Constitutionem num. 134. olim insignitam, de partiariis solutionibus usutarum in duplum computandis: Quam tamen Cujac. in Comment. ad Novell. 121. pro paraphrasi illius Novellæ habet: nec pigebit ejus verba referre, cum superius rejectam Doctorum explicationem magis magisque confutent: Ita autem habent: *Imperator Justinianus A. Arsilio (Novell. 121. inscribitur Basilio Præsidi Tarsis: poterit autem ad plures fuisse destinata & emissa.) Quidam mutuatus ab aliquo D. aureos, solvit aliquam quantitatem usurarum: quosdam autem debens, cautionem emisit in D. aureis. Quoniam autem omnis solutio ad nongentos quadraginta novem (949.) aureos tandem pervenit, & Creditor dicebat, totum in usuris solutum fuisse, & exigebat sexcentos, qui cautione continebantur: ait lex: Si reliquos quinquaginta unum (51) solverit, ut debitum duplicetur, nihil aliud exigetur, quamvis veteres (ut Anastasius in l. 10. C. de usur.) dixerint: tunc supra duplum competere debitum, quando illa solutio in medio contingit. dat. XVIII. Kal. Maj. Belisario. V. C. Consul. hoc est Anno Christi 531. juxta computat. Gothofr. ad fin. dict. Novell. 121.*

8. Confirmatur etiam (2) Novellarum harum auctoritas Antiquitate Græcorum exemplarium, quæ post alios (nam & Basileæ An. 1541. ex officina Hervagiana: & An. 1551. apud Rovillum jam ante prodierat,) Henricus Scrimgerus Scotus
ex Bi-

& NOVELLARUM AUTORITATEM PROPUGNAT. 99

ex Bibliotheca Illustris Viri Huldric. Fuggeri Anno 1558. protulit, in quo volumine omnes istæ tres Novellæ ad verbum perscriptæ & expressæ leguntur. *Novell. 121. quidem pag. 313. Novell. 138. pag. 366. & denique Novella 160. pag. 787.* Allegantur (3) eædem omnes in indice titulorum ex Regia Gallorum Bibliotheca, à Cujac. in pr. comment. in *Novell. representato*: brevior quidem illo, sed aptiore tamen cæteris, in quo *Novell. 121. inscribitur de Usuris. Novell. 138. ne usura excedant duplum. Novell. 160. de pecuniis & usuris Civitatum.* Conducit eò (4) Edictum Justiniani 9. ad Tribonianum Præf. Urb. *de argenti-riorum contractibus*, emissum, quod integrum extat inter Edicta illius. Et cap. 5. *de Edict.* citatur ista constitutio hoc modo: Ne ipsis in mutationibus nostra opponatur constitutio, quâ nemini ultra duplum accipere quicquam permittimus, siquidem quantum fors & usura faciant, persolutum sit. Pertinet eodem (5) mutua istarum Novellarum ad invicem relatio: Vide *Leunclavium d. lib. 2. notator. cap. 274.* Ac tandem eximium pondus his auctoritatibus addunt (6) consona Eclogarum loca, aliorumq; Græcorum expositiones, quarum, Dn. Gothofr. etiam meminit, in *not. ad Rubr. Novell. 121.* Ut ad eò de auctoritate harum Constitutionum & sententia Justiniani nemo amplius dubitaverit, nisi qui planè Surdus fuerit, bardus & barbarus.

9. Ex hoc diverticulo redit Surdus in viam, & n. 12. *Vers. Sexta obj. Surdi.* *confirmo. 6.* hanc rationem adfert: Quod semel justum fuit judicatum, ait, non debet ex post facto injustum videri. *c. factum legitimè. 73. de Reg. Jur. in 6. l. in ambiguis. 85. §. non est novum. 1. de Reg. Jur.* At usuræ à principio usque ad certum modum, aliqua ratione in annos singulos sunt permixtæ Hebræis, vel in recompensationem utilitatis, quam sentit debitor ex pecuniæ usu, vel ex damno quod sentit Creditor ex pecuniæ defectu, vel ex alia aliqua causa. E. ex post facto non debent videri injustæ. *Responsio* iterum est facillima: loquitur enim regula de rebus absolutè & toto suo genere legitimis, vel quatenus legitimæ sunt ex definitione scil. legis. *conf. Peckius in Comment. ad d. regul. 73. n. 4.* At usuræ non sunt toto suo genere & in infinitum licitæ & permixtæ, sed modus illarum multifariam est coërcitus, certisq; regulis inclusus, ut supra ostensum est: Imò leges damnant

100 PART. II. ART. 4. CÆTERIS SURDI OBIECT. RESP.
usuras, v. Ant. Matth. disput. extraord. & miscell. 6. & 7. de fœne-
ratione non ferenda in benè constitutis Rebus pub. lucratorias, seu
fœneratitias. id. Matth. Colleg. Pandect. disp. 30. th. 31. ubi complures
collaudat. præsertim immoderatas, VVesemb. in Comment. C. de
Usur. n. 31. per l. 26. C. d. t. Menoch. de A. I. E. cas. 398. n. 14.

*Imò aliqui inter signa Extremi iudicii prognostica referunt Vsu-
rarum & Usurarium patrociniū: & Ioh. Agricol. Annot. in
Lucam. cap. 21 f. 158. ibi: Cura de victu tanta est, & tantus eius
cura successus, ut Vnus mercator, nunc ferè magnam partem Orbis,
plus minus centum annis, malis artibus, dolo, fraude, impostura
(neque enim possunt magna facultates sine aliorum incommodis pa-
rari) occupaverit: Atque adeò, ut ille ipse mercator titulo avaritia
& impostura jactetur: ne quid desit verbis Dei: his diebus sollici-
tum fore mundum, de cura victus, alendi corporis, parandarum o-
pum, & facienda rei. Ex huius mercatoris nomine, si transposi-
tione literarum aptè verterit, erit Bucher / cum pro prima litera
digamma Bolicum substitueris: Ut esset hoc pessimo saculo porten-
tum avaritia propositum omnibus, quod admoneret nos ad ventus fi-
lii hominis. Et paulò post. Vides nunc optime Lector, quo tempore
vivamus, & qua mala nos maneant: Evangelium contigit nobis
miseratione Dei, Antichristus Romanus revelatus est Orbi, jacta-
tur & honoratur per Orbem VVuchei nomen: quid igitur restat,
quàm ut adventum filii hominis sollicitè expectemus? Hæc ille.*

Adhibenda ergò hic est iterum & opponenda regula contraria,
quod permessa ad tempus (dum scilicet infra duplum consistit
usurarum exactio) post illud tempus censeantur prohibita: l. si
unus. 27. §. 1. ubi Bald. de pact. cap. ult. §. in alijs Vers. si verò. Ut lit.
non contest. Tiraq. de retract. convent. §. 1. gl. 2. n. 44. Card. Tuscus
pract. conclus. tom. 6. lit. P. conclus. 299. qua regula ipse Surdus
alibi utitur, in tract. de aliment. l. 5. q. 3. num. 9. & 10. nec non Con-
sil. 57. n. 9. & consil. 354 n. 18.

Septima
Surdi Obj.
vel instan-
tia,
10. Instat, autem ille (7) per aliam regulam: quod tem-
pus non sit modus tollendæ obligationis, l. obligationum 44. §. 1.
Vers. placet autem. de O. & A. Dd. in l. si certis annis 28. C. de pact.
Sed iterum occurrimus simili objectioni, pari responsione, (1)
quemadmodum in expressione temporis conventionali ea vis
est limitationis, ut qui ad tempus obligari voluit, non possit
obligatus retineri post tempus, l. Imperator 8. in fin. de postuland.
l. Thais. 41. §. intra 12. de fideic. libert. Anton. Faber, C. suo de fideiuss.
definit.

& NOVELLARUM AUTORITATEM PROPUGNAT. IOI
definit. §. nu. 6. Ita multo magis determinatio legis hic finem
obligationi ponet. Nec (2) tam tempus per se, quam lex deter-
minans, causa est cessationis usurarum: Quemadmodum in si-
mili, actio certo tempore coarctata, ab iis ipsis legibus, à quibus
inducta fuit, ultra tempus illud porrigi & vivere non potest *t. r.*
de perpet. & temporal. act. Anton. Faber in rat. dub. ad l. 8. §. 1. Negot.
gest. ad verba: quæ tempore finiebantur, lit. E. VVe semb. parat. quibus
mod. pign. vel hypoth. solv. n. 4.

11. Pergit ille (8) hunc in modum ratiocinari: Quam-^{Octava.}
diu ratio legis concedentis militat, tam diu etiam durare de-
bet ejus legis concessio: quia ratio & causa faciendi actum o-
mnem determinant. *Everhard. in loco à rat. leg. ampl. & generali*
& in loco sequenti. At ratio taxationis usurarum, facta ab initio
semper deinceps militat. E. & concessio continuo durabit. *Resp.*
Præter ea quæ supra de lege determinata & limitata ad nau-
seam reposita sunt; ad majorem addimus & hanc limitatio-
nem, nisi aliud ex fortiore ratione Principi successori seu po-
steriori placuerit: Tunc enim constitutiones posteriores vin-
cunt constitutiones tempore priores, *l. ult. de Constit. PP. &*
ipsarum simul rationes: Siquidem ex amplius inquirendæ non
sunt aut invicem committendæ: alioquin multa ex his, quæ
certa sunt, subverterentur, l. & ideo 21. de LL. vid. Rittersh. p. 5. No-
vell. cap. 10. n. 7. Dicimus præterea ad minorem, eam planè negā-
dam esse, postquam alterum tantum, hoc est & fors & usura so-
luta fuerint: Cum enim Usura Creditori tantum concedatur ad
compensationem ejus, quod ipsius interfuit, *saltem prætensivè,*
ut loquuntur, ἡ δὲ τὰ πρόσχημα, usu sibi debita pecuniæ caruisse,
dum eam debitor retinebat *l. cum quidam 17. §. si pupillo. de Usur.*
l. pater. 17. de dol. except. Apparet, sorte, licet per intervallum,
jam soluta, & usuris sortem æquantibus, nullam superesse ra-
tionem, quæ ulteriores & infinitas usuras sustineat. *Novell. 121.*
cap. 2. fin. Donell. ad d. l. 10. C. de Usur. n. 3. in fin.

12. Denique & (9) maximè contra Neotericorum &
Veriorem quidem explicationem, n. 14. sic colligit Surdus: Si
dicamus ad dupli cōstitutionem computari non solvendas tan-
tum, sed solutas quoque usuras: Tum fore, *ut plectatur Creditor*
sine aliqua sua culpa, quia eo, quod graciosus fuerit suo debito-

ri, & sortem non exegerit, amitteret usuras. Qua de re etiam n. 16. & 17. multa per discursum disputat. Verum, ne dicamus pœnam aut damnum ineptè hic fingi, ubi patrimonium nullatenus diminutum, sed altero tanto auctum fuit: l. 1. 4. 5. 6. C. de mod. mulct. quæ à jud. inflig. & quod species lucri sit, gratiorem apud alium fieri l. 17. §. 1. de Usur. l. 8. §. sed si gratiore de admin. rerum ad civit. l. 54. §. 1. de furt. adeoq; si non culpa, saltem causa sub- sit. can. 23. de R. I. in 6. in argumento iterum manifestus est cau- sæ paralogismus: siquidem Justiniano imprimis ratio prohi- bendi in universum interusurii ejus quod duplum excedit, non tam posita fuit in respectu culpæ Creditoris, non exigentis tempe- stivè debitum, quam in respectu equitatis: quod sufficiat sortem cum altero tanto redditam fuisse, & pecuniam, rem per se steri- lem, tantundem Creditori parturivisse. Cæterum de culpa per moram debitoris contractâ, ut & de hoc ipso argumento, in- fra uberius sumus dicturi.

ARTICULUS V.

Explodit traditionem Ddum secundæ classis *supr. p. 68.*
§. 4. laudatorum: quod *usura hodiè, non ut usura;*
sed ut interesse petantur.

Altera
classis Dd.
Exceptio-
nem alte-
rius tanti
reproban-
tium, ex
eo: quod
usuræ ho-
diè ut in-
teresse
petantur.

1. **Q**uia ergo primus iste impetus, præcedentis authorum se-
ctæ, (qui manifestaria vi arcem Justinianæ legislationis
invadunt,) tot machinis rejici retundiq; potest: Altera classis
eorum, qui per cuniculos memoratos Dd. succollant, tanto mi-
nus est reformidanda: cujus tamen gemina & dispar phalanx,
disparibus armis incedit: sed solidis ex superiore Themidos ar-
ce pilis facilè perfringi & profligari utraque poterit.

2. Cum enim Viri docti, qui à contrariis consistunt par-
tibus, ipsimet imbecillitatem superiorum argumentationum
animadverterent, iisdem neglectis, subtile hoc commentum
Justinianeis objecerunt; quasi moribus hodiernis *usura non ut*
usura; sed ut interesse, seu lucrum cessans & publica lege taxa-
tum petatur, *Corneus. 2. consil. 145. n. 7. Rol. à Valle. 2. cons. 14. pr.*
Domini Francos. apud Dom. Richter. part. 2. variar. decis. 74. n. 4.
pag. 91. ibi: Die weil die Zinsen zu dieser Zeit/ von den außgelibe-
nen Geldern jährlichen/ nicht eigentlich wie Zinsen; sondern als
gebürlich

ART. EXPL. TRAD. DD. QUOD USUR. UT INTER. PET. 103
gebührlieh Interesse dem creditori gereicht werden: In dem der
Creditor sein außgeliehen Geldt vor dem bestimbtem zahl Ter-
min nicht abzufordern &c. Interesse autem dupli æstimationem
posse excedere per l. 3. §. 8. de eo quod cert. loc. probant. Tuscus &
ab eo citat. Bartol. Curt. Ioan. Cagnol. & alij lit. 1. conclus. 313. qua
sic habet: Interesse ad quamcunque summam potest ascendere, Coth-
man. 2. consil. § 2. num. 261.

3. Licet autem postulatum hoc magno pragmaticorum Rationes
applausu receptum sit. v. Hagen. de Usuris. cap. 5. n. 161. & seqq. pro diffe-
Berlich. 2. conclus. 38. n. 35. & seqq. Finckelthuf. Observat. 40. n. 16. rentia.
Veremur tamen, ne utrumque ejus membrum ad juris princi-
pia exactum, ægrè possit subsistere: Quandoquidem usuræ &
interesse tum definitione, tum causis, etiamnum realiter, æquè
ut nomine differre cognoscuntur, ut alii usuras, ut usuras,
etiamnum hodiè deberi & exigi, rectius statuunt: Wesemb. in
parat. de usur. n. 8. Curtius lib. 3. coniect. cap. 29. Aveman. d. disput.
th. 24. Dom. Carpzov. lib. 4. respons. 50. n. 3. ubi falli omnes eos scribit,
qui crediderint, hodie usuras ut interesse exigi. Colleg. Iurid. Argent.
de Usur. th. 24. n. 4. & de reb. cred. th. 31. Rot. Genuæ decis. 210. n. 8. ibi:
nec potuit dici, quod sit usura: cum interesse non fuerit certum, nec
taxatum. Hottom. disp. de Usur. c. 6. Magnif. Dom. Cancellar. Franzk.
2. resolut. 10. n. 81. & 82. ubi hanc thesin allegat & probat. Diffe-
runt enim uti dictum (1) Definitione: quia usuræ sunt accessio
quantitatis propter ejus usum præstanda. Vmnius disp. 21. de
Process. thes. 5. Interesse non est accessio quantitatis, sed causæ
cujusvis alterius, sive illud ipsum quod nobis factò alieno abest,
quodq; lucrari potuimus. Idem thes. 10. è Cuiac. in parat. C. de sent.
quæ pro eo quod interest. seu clarius: id quod interest, denotat
propriè æstimationem illius utilitatis, quæ dolo vel culpa ali-
cujus extra rem principalem nobis abest, ut l. 13. l. 43. de actionib.
empt. l. 193. de V. S. Hottoman. ad l. un. C. de sentent. quæ pro eo quod
interest. Usuræ autem eam tantum accessionem rei principalis
seu sortis denotant, quæ per se sine contemplatione doli vel
culpæ præstanda est propter rei usum. conf. Cuiac. in recit. Cod.
De his qui à non Dominis. A. Matth. Disp. C. 16. th. 15.

4. Itaque (2) hæc statim à tempore contractus debentur:
Interesse autem demum à tempore commissæ culpæ l. 60. pro So-
cio

104 PART. II. ARTIC. 5. TRADIT, DD. QUOD USUR. HODIE
cio. Bachov. 2. disputat. Treutl. 3. thes. 1. D. Quod ad causam
efficientem referri potest. Sed & illa (3) differentia, quæ ex
materia peti poterat, ex dictis liquet. Nam interesse ver-
satur circa rem cujuscunque generis, excepta ea quæ in quan-
titate posita est, l. 3. de in lit. jur. l. ult. de peric. & commod. rei vend.
Cuiac. in recit. C. de eo quod interest. pag. 1093. C. Vultei. lib. 1. Juris-
prud. Roman. c. 44. n. 63. Vaud. 2. quæst. 8. Consid. 1. indagat. 21.
Usura autem est ea commoditas & accessio, quæ propriè circa
quantitatem versatur. idem Vultei. d. loc. n. 67. (4) Fine aut proca-
tarctica causa: Accessiones enim aliæ petuntur ob pecuniæ u-
sum aut dilationem solutionis, & hæ propriè sunt usuræ: Aliæ
propter moram & damnum emergens, & hæ propriè interesse
constituunt. plura v. apud Vult. d. lo. n. 64. & 65.

5. Neque hæc differentia sublata est per recessum depur-
tatorum de Anno 1600. §. 60. Soviel nun. 144. pag. 772. uti
nonnulli arbitrantur v. Henricus Wormelskirchen disput. inaug.
Argent. de eo quod interest. thes. 22. Non enim sequitur: Usuræ
hodiè quincunces sunt permissæ propter interesse præsum-
ptum: Ergo differentia usurarum & ejus quod interest sublata
est: siquidem ea differentia illo ipso §. fin. confirmatur, *Vers.*
oder aber da dem Creditori. Neque enim quod præsumitur subesse,
revera semper subest: nec quod aliæ rei subest, idem est cum illo cui
subest. v. Canisium de Usuris cap. 1. §. 9. vers. unde non obstat. Tira-
quell. de retractu lign. §. 1. gloss. 18. n. 71. ubi plurimos alios addu-
cit. conf. Dn. Carpzov. 4. resp. Elect. 50. ubi n. 1. & 5. scribit: Ex eo,
quod usura hodiè ratione quanti correspondeant probabili interesse,
non esse præsumendam ullam harum rerum commixtionem: quippe
cum Legislatorum intentio duntaxat fuerit, quincunces usuras de-
terminare, ac certum modum usuris præscribere, relicta interim hac
differentia: quod usura non nisi ex contractu mutui promissæ de-
beantur. Quid quod textus ille tantum de casu moræ loquitur,
ubi debitor est in mora restituendi pecuniam mutuum: qui sa-
ne casus irregularis est, & degenerans à natura usurarum pro-
priæ; ut supra indicatum. Nec (2) rectè colligitur: Usuræ in
casu moræ quodammodo assimilantur ei quod interest, ergo
toto genere eidem exquata sunt. Neque de casu moræ hic
propriè disceptatur, ut infra in limitationibus loco ultimo, indica-
bitur.

6. (3) Quin-

non ut usuræ; sed ut interesse, PETANTUR: REFEL. 105

6. (3) Quinimo si maximè hanc exæquationem concederemus, vel sic tamen licentia, ultra duplum petendi illud quod interesse dicunt, non erit extendenda: per generale axioma Doctoris nostri Iac. Cuiacij in parat. C. de naut. fœnor. pr. cum ait: Quæcunque (accessiones ejusmodi) taxationem habent certam, ea & dupli taxationem & finem habere videntur. Atqui hoc, quod interesse vocant, hodiè habet taxationem certam v. thes. 8. Et iterum in recitat. ad l. 4. ff. de naut. fœn. in lib. 3. Respons. Papin. pag. m. 127. Usuræ quæ accipiunt taxationem certam, puta finem centesimæ vel bessis vel semissis usuræ, semper duplo finiuntur, id est, ne altero tanto amplius sorte inferantur vel debeantur. Denique ubi æquaverint sortem usuræ, quod deinde usuris supernumeratur, imputatur in sortem, minuit sortem, deducitur. Haëtenus Cuiac. conf. inf. th. 8. f.

7. At enim si rem rectè æstimare velimus, usura ista, de qua hic agimus, propriissimum fœnus est: Definitur enim fœnus à Doctissimis quibusque Jctis, lucrum illud quod propter causam mutui certis temporibus exigitur. Post Hottom. Vultei. d. loc. num. 87. Cuiac. ibidem, itemq; in parat. & recit. C. de Sentent. quæ pro eo quod interest. Anton. Faber in rationib. decid. ad l. 26. §. 1. deposit. ibi: distinguenda est usura pecunie creditæ, quæ nihil aliud est quam fœnus, ab usura pecunie depositæ aut ex alio bonæ fidei contractu debitæ: Illa enim odiosa est; hæc favorabilior: quippe quæ non quasi fœnus, sed quasi interesse aliquod exigatur, ut in l. socium 60. in fine. pro socio. Anton. Matthæi disput. Pandect. 30. th. 2. & seqq. Ubi ex l. cum quidam. 17. §. si pupillo. 3. ibi: Usuræ, non propter lucrum petentium, (ut fœnus) sed propter moram solventiû, (i. e. eorum qui solvere debebant: relatione facta ad id quod fieri par erat: ut 1. feud. 5. ubi Dn. D. Bitsch, in Comm. MS, Gail. 2. Observ. 6. n. 1.) infliguntur. De Usuris: differentiam hanc & diversam definitionem colligit; Quod fœnus sit usura, quam debitor creditori de mutuo præstat; quæ vulgò lucratoria usura appellatur: cum mutuum per se & sua natura sit gratuitum: Usura verò (in specie dicta) non sit lucrum; sed pœna, quæ ob non solutam sortem, sive ex mutuo, sive ex alia causa debitam, præstat. Idem disput. miscell. 7. th. 2. pag. 46. Eamq; distinctionem recessibus & Constitutio-

O

nibus

106 PART. II. ART. 5. TRAD. Dd. QVOD VSVRÆ HODIE
 nibus Imperii novissimis convenire ostendit, Bern. Græven.
lib. 2. pract. conclus. 5. considerat. 1. n. 1. & ult. Quanquam er-
 go fœneratores prætextu interesse alicujus & simili sub sche-
 mate fœnus soleant occultare. *Bachov. dict. disput. 3. thes. 1. lit.*
D. Hottom, cap. 10. de Vsur. Compilator Volum. 2. Consil. varior.
13. n. 30. Prudens tamen magistratus non usque indulgere
 debet eorum vafritiei, qui veris usuris & fœnori colores ejus-
 modi, in fraudem legum inducunt. *Anton. Faber. lib. 7. Cod. suo*
tit. 16. definit. 4. n. 6. sed cum *Polyb. lib. 3, Sueton. in Cæsar.*
cap. 30. & aliis prudentibus, Vid. Alberic. Gentil, lib. 1. de Iur.
belli cap. 19. prætextum à causa debet accuratè discernere, nec
 malitiis ejusmodi hominum indulgere aut viam ipse aperire,
textus est in l. fundo. 38. Vers. constituimus. de Rei Vindicat. l. cum
hi. 8. §. si cum his 20. ibi. fingi enim poterat. de transact. l. 9. de
servit. quia aliquo prohibito, omne illud prohibitum debet
cenferi, per quod pervenitur ad illud, cap. cum quid. 35. de Reg.
Iur. in 6. Vivianus in Rational. ad cap. quanquam 2. Vers. sepelien-
tes. de Vsuris in 6. Nec conveniens est valde officio Juriscon-
 sulti, ut malitiam laudando & excusando augeat. *arg. l. 1. §.*
4. de serv. corrupt. Et specie recti decipiatur aliòsve decipiat:
 Cum alias quoque Virtutibus vitia sint confinia, & perditis
 quoque ac turpibus recti similitudo insit. *Senec. Epist. 120. con-*
fer Schurf. loco supra citato.

Nec inter-
 esse ultra
 modum &
 finem alte-
 rius tanti
 peti posse.

8. Sed & alterum illud postulatum, quod interesse ultra
 modum & alterum tantum exigi possit, non est simpliciter concedendum.
Vtcunq; Viri gravissimi id statuere soleant, Berlich. & Zanger. ap.
Dn. Carpzov. 4. respons. 50. n. 8. per l. 3. §. 8. De eo quod certo loco
v. sup. th. 2. Licet enim olim diu multumque dubitatum fue-
 rit, an id quod interest etiam ultra alterum tantum debeatur:
 Justinianus tamen *in l. un. C. de sentent. que pro eo quod inter-*
 diserte constituit de iis casibus, qui certam habent quantita-
 tem, vel naturam, (de quo casu hic potissimum loquimur) id quod
 interest dupli quantitatem excedere non debere: quod
 ipsum antea quoque Africanus responderat, *in l. 44.*
de act. Empt. Hottom. de Vsur. cap. 10. p. 785. de quo posteri-
ore tamen Vid. Cujac. 8. ad African. pag. m. 1157. C. Atque ita
 quam plurimi Jcti gravissimi docent, ut *Wesemb. in Comment.*
 C. de:

Non ut usuræ, sed ut interesse PETANTVR, REFEL. 107
 C. de Usur. n. 31. Vers. materia. ubi scribit: interesse aequè ut usu-
 ras extingvi, postquam sortem equaverit. Addens. l. si tibi 25. C.
 de Eviction l. si fratres 7. C. Comm. utriusque judic. l.
 pretii 19. C. mandat. Borch. in Commentar. de Verb. O-
 blig. cap. 7. n. 152. Perezius in parat. C. de sent. quæ pro eo quod in-
 ter. n. 4. post Odofred. Cyn. Barth. Bald. Angel. Castrens. Salicet.
 Cagnol. ad dict. tit. Anton. Matthæi Colleg. Cod. disp. 16. thes. 19.
 Trentacinius in resolut. de interesse n. 72. seqq. ut adeo l. 3. §.
 8. de eo quod cert. loc. ex jure Veteri & per Justiniani Constitutio-
 nem in d. l. un. C. de eo quod inter. correcto, perperam adduca-
 tur. Vid. Anton. Fab. in ration. decid. ad dict. §. 8. vers. & quidem
 ultra legitimum; ubi aliorum quoque responsiones ad dict. l. perstrin-
 git. Conferatur etiam Hortensius & Donellus ad d. §. Aveman. d.
 disput. thes. 11. Unde Cujacius in recitat. C. ad dict. tit. pag. 1093.
 D. generaliter hoc modo concludit: Usura, sive sit fœnus sive
 non sit, id est quacunque ex causa infligatur, non potest exce-
 dere dupli quantitatem, per l. 26. §. 1. de Cond. indebit. Conf.
 sup. th. 6. B. Autumn. in collat. jur. Gallic. ad l. 27. C. de Usur. pag.
 201. ibi: Les interests, nepeuvent estre demandez supra duplum:
 C'est a dire, excéder la somme principale.

9. Nec habet quod hic amplius reponat Christoph. von
 Hagen/ d. cap. 5. de Usur. n. 229. & 230. Laudatus etiam ea in
 parte à Dn. Doctore Finckelthusio observat. 40. n. 15. quam
 quod dicat, hanc æstimationem itidem ex jure Civili petitam
 esse: quæ hodie ad usurarum nostrarum legitimum & defini-
 tum modum, nulla ratione applicari possit. Cui facile respon-
 deri & regeri potest; etiam olim usurarum modum & maxi-
 me à Justiniano, definitum & certissimum fuisse l. 26. C. de u-
 sur. neque tamen dubitasse Eundem interesse quoque, & quia
 illud latius patet, multo potiore jure, ad limites dupli revoca-
 re. Cum itaque hodie ad taxationem usurarum Justiniane-
 am moribus nostris in multis provinciis redditum sit. Vid. Treut.
 2. disp. Pandect. 3. thes. 4. Coll. Jur. Argent. de usur. thes. 17. tan-
 to minus absolum videri debet, comparisonem hic cum Ju-
 stiniana definitione, ejus quod interest, institui: vel
 potius inductam ab adversariis diversitatem elidi.

10. Nec fidere huic responsioni voluit Berlichius 2.

108 PART. II. ART. 5. TRAD. Dd. QVOD VSVRÆ HODIE & C.
Conclus. 38. num. ult. Vers. nihil moveat. Itaque aliter huic
nodo occurrit, cum Surdo statuens: d. l. un. etiam loqui de
interesse unius anni, quod illud scilicet duplum excedere neque-
at; secus esse, si quærat de interesse plurium annorum. Quæ
commentitia certissimorum juris textuum elusio, jam supra
artic. 3. th. 1. est refutata, & generalitati sermonis omnino re-
fragatur, qui ad casus rarissimos sese adstringi nullatenus pati-
tur. Nec admittendum est, ut perejusmodi cuniculos inanis
& illusoria reddatur Justiniani constitutio, inquit Anton. Faber
in d. l. 2. §. 8. C. de eo quod cert loc. add. Coll. Iurid. Argent. de
re judic, thes. 17. n. 3.

II. Quibus suppositis non est difficilis responsio ad ob-
jectionem, quam etiam Nobiliss. Dom. Carpzovius referre voluit
lib. 4. respons. 48. n. 1. his verbis: Durante causa, durare etiam
debet effectus. Atqui causa petendi interesse, est mora. Ergo
ea durante, durare etiam debet effectus, in petitione interesse
consistens. Nam ad majorem, præter alia, quæ supra artic. 4.
th. 2. notata sunt; limitatio hæc apponenda: nisi effectus ille
à causa quadam externa impediatur & in hibeatur: quemadmo-
dum hoc lo. fieri ex l. un. C. de sent, quæ pro eo quod interest
profer. supra docuimus, th. 8. Porro in minore etiam propositio-
ne, mora culposa, ab inculpata & ex causa superiore & invinci-
bili pendente, separanda fuerit.

ARTICVLVS VI.

Distinctionem Dd. tertix clasfis v. sup. pag. 70. §. 5. e-
xaminat, qui interesse dicunt, an Creditor usuras
sollicitè exegerit, an segnior in exigen-
do fuerit.

1. **A**ltera quæ per cuniculos irrepit Dd. Phalanx, præten-
dit, discernendum esse, an creditor usuras statis tempori-
bus diligenter exegerit, an vero in exigendo segnior, adeoque
ipse in mora fuerit. *Vt hoc casu, si ex negligentia ipsius cre-
ditoris, usuras quotannis non exigentis, eæ ad alterum tantum
excre-*

ARTIC. 6. TERTIAM Dd. SECTAM REDARGVIT, 109
excreverint & ita sortem æquaverint, usuræ ultra alterum tan-
tum peti nequeant: cum imputandum creditori videatur,
quod tã diu cessaverit. Priore vero casu, si scilicet creditor usu-
ras quotannis acceperit vel debitorem saltem diligenter in-
terpellaverit; tum vero quamdiu mutuuum durat, tamdiu præ-
standæ sint usuræ, etiam si ad centum vel mille annos duraret
obligatio. *Finkelthusius in observat. supra laudata, Berlichius, d.
conclus. 38. circa fin.*

2. Verum si quis penitus rem consideret, in effectu ipsa
Antonini decisio, *rejecta l. pen. C. de Usur. & ceteris Iustiniani
Cõstitutionib²*, ita postliminio in usũ revocatur & ab Orco repro-
ducitur: quod an in arbitrio unius vel alterius, etiam gravif-
simi Jurisconsulti, positum sit, equidem valde dubito *per not. art.
3. th. 4. & 6.* cum legem novam sic interpretari, ut inducatur
Jus vetus vel diversum, solius sit Principis. *arg. l. ult. C. de LL.
Mench. in præfat. lib. 1. de success. progressu n. 95. Cujac. ad l. 8. &
seqq. de Excusat. ubi ait: Aliis autoribus licere, quod non liceat no-
stris Doctoribus: Nam in jure si quid vel tantillum mutes, dete-
rius facias.* Certe supremi ordines Frisiæ cum in suo territorio
eam moderationem obtinere vellent, publico edicto opus esse
censuerunt, *uti videre licet apud Iohann. Sandæum 3. decis. tit. 14.
definit. 5. Vers. porro. Dn. Wissenbach. d. Mantiss. 1.* Quod argu-
mento est, citra manifestam supremæ potestatis intercessionẽ,
privatis iudicibus seu Interpretibus id nequaquam licere, *Car-
din. Tusch. lit. C. conclus. 1037. n. 1. & seq.*

3. Quamvis enim eo casu, quo leges tantum videntur
contrariæ, posterior quoque ad priorem trahi soleat, *l. 26. & seq.
de LL.* Tamen id longe secus est, quando leges reverã sunt con-
trariæ (ut hoc casu Iustiniani tum Novellæ, tum (si maximè quis eas
non esse authenticas aut receptas contendere velit) clarissimus tex-
tus in *l. 27. §. 1. C. de Usur. qui ab omnib. agnoscitur, & autorita-
tem dd. Novell. valde sustinet, in verbis: quorum occasione quedam
veteres leges & ultra duplum usuras exigere permittebant. d. legi. 10.
palam adversantur: Errant n. oppidò, aut parùm attentè loquun-
tur, qui totum jus Codicis juri novellarum hic opponunt, & scribunt:
Jure codicis usuras, particulatim solutas, potuisse excedere du-
plum; demum Novellarum jure, hoc est, Novella 121, & 138.*

O 3.

aliud

110 PART. II. ART. 6. TERTIAM Dd. SECTAM REDARGUIT;
 aliud cautum fuisse. *Rittersb. parte 3. Novell. cap. 9. n. 9. Et
 ex illo, more solito ad verbum, M. Stephani in comment. ad Novell.
 121. n. 2. & seqq. contra clavam literam d. l. 27. §. 1. C. de usuris,
 ad quam digitum etiam intendit Novell. 121. epilog. conf. sup. part.
 1. artic. 3. th. 7. pag. 49.)* tum enim posterior omnino vincit &
 supprimit priorem, l. 1. §. 13. de *Questionib. dict. l. ult. de Con-*
stitut. PP. Quæcunque enim Lex est posterior tempore, vali-
dior est sanctione, ut habet novell. Valentiniani & Marciani, de
matrimonii Senatorum. in f. tit. 4. pag. 578. Cujacius in lib. 4.
quest. Paul. ad l. 26. de LL.

An Const.
 Antonini
 in l. 10. sit
 rationabi-
 lior, quam
 Iustiniani
 in l. 27. §.
 1. C. de Vsu-
 ris?

4. Quod si de observantia unius vel alterius judicij quis
 contendat: plures è diverso audiet, qui malint utramque san-
 ctionem sublatam dicere quam alterutram. *Conf. Molin. de V-*
sur. num. 48. Anton. Matthæi Colleg. Pandect. Diss. de Vsuris quæ est n.
30. p. 197. th. 26. Quamvis autem Dn. Stuckius, ut supra in-
dicavimus, arbitretur, rationem Juris magis favere Constitutioni
 Antonini in d. l. 10. de *Vsur.* quam Justiniani Novellis: Eoque
 intuitu responsa quorundam consultorum, viam illam veluti
 mediam, probent, *ap. Richterum part. 2. decis. 74. pag. 130. n.*
90. vers. Tertio procedit. Alii tamen plurimi sententiam Ju-
 stiniani longè præferunt, dicentes: Antonini lege subsistente,
 facile fieri posse, ut vel tardus & malæfidei debitor melioris ef-
 fet conditionis, quam bonæ fidei, & qui semper suâ die pensio-
 nem solvisset: Vel acerbus Creditor, qui statim usuras exi-
 geret, meliori jure esset, quam liberalis, qui tam avarè & præci-
 sè non egisset: *hec Balduin. in Iustiniano pag. 92. quæ ab eodem,*
non laudato, nuperè, ut alia, mutuatus est Guilelm. Masius libr. 1.
singul. opin. cap. 10. num. 22. in fin. Cui consentanea scribit
post Donell. ad dict. l. 10. C. de usur. num. ult. & Molin. de Vsur. n.
46. pag. 48. & pag. 127. n. 1005. Bachov. 2. disput. Treutler.
31. thes. 5. lit. A. ibi: & revera iniquum videtur, melioris con-
ditionis esse Creditorem severum, & debitorem morosum;
quam exactorem humanum, & debitorem qui ad diem usuras
exsolvit. Conduc. arg. §. ult. ibi: & ex eâ, humanioribus quidè Dominis
Inst. de Donat. Vid. infr. part. 3. limit. ult. ubi de mora debitoris fru-
stratoris seorsim agetur. Itemque consilium sive responsum articu-
lo 7. representatum. Sanè sortem ipsam exigendo creditor e-
 vitabit legis inspectionem & coërcitionem; quippe quæ duntaxat

QVI INTER CRED. SEVER. & REMISSVM DISTINGVUNT. III
taxat excessum *usurarum* ultra alterum tantum cohibet caveat-
que: Non a. Sortis exactionem tempestivam vetat aut impe-
dit: v. *sup. artic. 3. th. ult. pag. 51.* ubi indicatum fuit, etiam-
si usuræ sortem æquaverint, sortis tamen exactionem
etiamnum salvam esse, quæ denuò Alii collocari possit.
Iuxta monitum Germanicum artic. 4. th. 7. f. E diverso si debitor
in mora culposa deprehendatur, meritò hac exceptione (al-
terius tanti) privatur & destituitur. juxta partis 3. articulum
postremum.

§. Est ergo Legislatio Justiniani novissima ejus dignita-
tis atque utilitatis, ut de ea merito usurpare judices debeant,
quod Imperator Justinianus præfatur *In Novel. 4.* Legem an-
tiquam, positam quidem olim, usu verò nescimus quemadmo-
dum non approbatam, per causas autem semper exquisitas at-
que necessarias apparentem, rursus revocare & ad Rempubl.
reducere benè se habere putavimus. ¶ Quo enim paragra-
pho Recessus Imp. de Anno 1512. (juxta objectionem pag. 71.
relatam) juri Justiniano derogatum & constitutum sit, ut
quamdiu usuræ solvuntur, fors repeti nequeat: fatemur nobis
nondum constare. Von Erb. vnd ewigen Zinsen hoc loco non
agimus conf. N. A. zu Augspurg de Anno 1530. §. Nach dem
auch an etlichen Orten & seq. Berlichius 2. conclus. 38. n. 37. al-
legat Recess. Deputatorum de Anno 1600. sub fin. ubi indefi-
nitè concedatur creditori usuras quincunces, loco interesse (de
haec loquendi formula v. A. Matth. Diss. Cod. 16. th. 2.) à moroso
creditore exigere. Enimverò intelligit Berlichius haut dubiè
§. So viel 144. de cujus sententia jam supra dictum est *artic.*
6. §. 5. pag. 104. Utique, cum ille tantum quæstionem, *si scilicet an*
definiat: an in contractu mutui à tempore moræ interesse a-
liquod adjudicandum sit creditori: eaque definitio saltem
ex præsumptione cessantis utilitatis per singularem dispensati-
onē creditorib⁹ indulta sit, in verbis: Der Vermutung halber/
d; der Creditor von solcher Zeit an/sein Geld anlegen/vñ zugelas-
sener weise zum wenigsten (*juxta l. 26. §. 1. C. de Usur.*) Vom 100.
§. wir haben möge. Non debet ea legis specialis dispensatio &
permissio ultra quæstionem propositam extendi, & contra ju-
ris communis ac nullibi abrogati claram sententiam in in-
finitum

112 PART. II. ART. 6. TERTIAM Dd. SECTAM REDARGUIT;
finitum porrigi l. 14. & seqq. de LL. l. 141. de Reg. jur. Et ita d. Re-
cessum juri etiam communi convenire censet Gail. 2. Obs. 5. n.
14. Imò si rectè advertas, tota ratio juris illius *permissivi* in mo-
ra debitoris constituitur in d. recessu; Adeoque non tam
ad casum regularis exceptionis alterius tanti; quàm ad limi-
tationem referri potest, de qua in parte 3. artic. ult. agetur.

Conclusio, 6. Itaque merito totam hanc Disputationem, *pro vigore
exceptionis alterius tanti pugnantem*, concludimus & obfirmam⁹
aurea Cujacij sententia *in parat. Cod. ut actiones ab heredibus &
contr. hered. in f. Non fas esse per consequètiâs abrogari jus vet⁹,
aut novum induci*: Et cum Treutlero 1. *Disput. 1. thes. 5. lit. a.*
Licet jus civile suâ naturâ mutabile sit: Mutabilitatem tamen
istam (vel potius mutandi arbitrium & facultatem) non in le-
guleiorum arbitrio, nec in potentiorum perruptionibus; sed in
potestate summi Principis, certa ratione temporibus, quæ ma-
ximè utilia videntur, Reipubl. accommodantis, consistere de-
bere: sin secus fiat, certam immihere & quidem intrinsecam
Reipubl. corruptionem. Adde Bodin. 4. de Repub. cap. 3. n.
425. Quod cogitans Lycurgus, post legum promulgationem
Delphos profecturus, Lacedæmonios, cives suos, jurare
coëgit: nihil eos de LL. immutaturos, quoad ipse rediisset:
quo juramento, ut cives perpetuò obligati manerent, perpetu-
um sibi indixit exilium, *ut Bachovius noster narrat ad l. 2. de con-
stit. Principum. sive ut ante eum è Plutarcho in Vita Lycurgi copio-
sius exposuit Corasius ad d. l. 2. mortem sibi conscivit.* Et apud
Locrenses Zaleucus cavisse memoratur: ut qui novam legem
populo persuadere cuperet, aut veterem abrogare, collum la-
queo involutum ad comitia deferret, eo fine, ut si lex nova dis-
pliceret, laqueo constricto, animus tam audax suffocaretur.
Ex Demosth. Diodoro Siculo, & aliis, Coras. & Bachov. ad locis.
Nimirum boni civis officium in eo vertitur, ut secundum leges
vitam instituat, non ut de legibus judicet. *Can. 3. distinct. 4.
l. 40. ibi: pœna irroganda iis, qui præceptis legum non obtempera-
verint. de pœnis: conf. Baron. Emenckel. lib. 2. de privileg. cap.
6. n. 12. P. Gregor. l. 33. Syntagm. cap. 18. Hillig.*

1. Don. Enucl. 12. in f.



Ka 4240 II.

ULB Halle 3
 006 683 69X





0

Vd7

me







demica

IS ET DEBITO. CIUM.

PRIMAM

* C *

E TABORE
ANTECESSO.
FLORENTISSI
FORUM PROFESSORE
LTATIS SENIORE
SPECTABILI

E PATRONO
MAXIMO

mittit

rancofurtensis,

OVO

s M D C L.

4.

ATI,

S ANDREÆ.

19

